Omissis ergo diuinis priuilegijs, humanum diuidi solet in reale & personale. Quæ diuisio insinuatur in ca. *Mandata*, de Præsump. ibi. *Non loco tribuimus sed personæ*, quanuis ibi non de proprio priuilegio, sed de quadam Pōtificia delegatione sit sermo, tamen est eadem ratio, & ferè similia sunt verba in l. *Priuilegia*, 157. ff. de Regul. iur. vbi dicitur, *Priuilegia quædam causa sunt, quædam personæ*. Sumitur etiam clare ex l. *Forma*, §. *Quamquam*, ff. de Cēsib. & in eisdem iuribus satis insinuatur, diuisionem esse sufficientem: quanuis enim addi soleant alia membra, ad hæc possunt reduci, vt iam dicam. Priuilegium ergo reale dicitur, quod conceditur directè alicui rei, muneri, vel conditioni distinctæ à persona. Personale verò, quod immediatè fertur in personam ratione sui. Sicut diuidi solent decimę in reales, & personales, & interdictum similiter. Vnde sicut in illis alibi diximus, ita in præsenti aduertendū est, quod licèt omne priuilegium principaliter, & quasi vltimate referatur ad alicuius personæ vtilitatem, vsum, vel fructum, quia sicut legès, ita & priuilegia non feruntur, nisi propter hominum cōmoditatem, aut fauorem nihilominus fructus, & vtilitas priuilegij frequenter versatur proxime circa res, vt circa prædia, domos, merces, officium, & alias res similes, per quas redūdat vtilitas in personam habentem talem rem, aut dignitatem, aut existentē in tali loco. Et ideo ad distinguenda illa duo membra, oportet attente distinguere personam, quæ fruitur priuilegio, à subiecto, cui veluti immediatè adhæret immunitas priuilegij, nō enim sumitur diuisio ex persona primo modo spectata, quia hoc modo omnia priuilegia dici possunt personalia, vel potius personarum: sed ex re, vel persona posteriori modo consideratis, vtriusque membri ratio, & distinctio sumenda est. Nam si priuilegium adhæret rei distinctę à personis, & per illam trāsit ad dominium, vel possessorem, priuilegium reale est, vt sunt immunitas templi, seruitus, vel tributum prædio, aut fōti adhærens. At vero si immunitas priuilegij ipsi personę immediatè, quasi ratione sui inhæreat, & sub hac ratione illi concessum sit, tunc est personale. Contingit tamen, vt licèt priuilegium non adhęreat rei existenti extra personam, nihilominus non sit in ipsa persona, nisi ratione alicuius conditionis adhærentis illi, vt ratione dignitatis, v.g. Episcopatus, clericatus, Principatus, aut Doctoratus, &c. aut ratione muneris, seu officij, vt iudicis, militis, scholaris, vel ratione necessitatis, vt minorum pauperum, &c. ratione actionis, vt piæ causæ, &c. & de his priuilegijs potest esse ambi-

A B C D

B 1 deligentia / *diligentia*
B 2 Ecelesiasticam / *ecclesiasticam*
D 13 causa / *causae*
C 10 dominium / *dominum*

—mediante una inspiración interna del Espíritu Santo— para hacer algo en particular, pues a ese poder, en el derecho se lo llama a veces ley privada: así en los capítulos *Duae sunt leges, Dixit Dominus* y *Si non licet.*

Esta inspiración o ley privada a veces no es contraria a los preceptos, sino que eleva al hombre a hacer algo más perfecto por encima de ellos: entonces no merece el nombre de privilegio sino de auxilio especial, y puede admitirse sin peligro, por más que siempre se necesita prudencia.

Pero otras veces se sale de lo común —por ejemplo, cuando la tuvo Sansón para matarse—, y tal ley privada, aunque a veces suela darse por don del Espíritu Santo, sin embargo, es muy peligrosa si no se examina con mucha diligencia y sobre todo conforme a la regla y a las normas eclesiásticas. Así los cap. *Nisi cum pridem* y *Cum ex iniuncto,* y pueden leerse también SANTO TOMÁS y TOMÁS DE VIO.

2. El privilegio divino, así entendido, más es una dispensa o más bien un cambio realizado en la materia de la ley natural; antes se habló de ésta.

Además, la primera clase de tal dispensa ya no es usual; cómo fue antiguamente, se estudia en el tratado del Matrimonio.

La segunda clase de dispensa es rarísima y entra en el instinto divino de que hablaremos en el tratado de la Fe y de la Profecía.

Además de estos, también suelen llamarse privilegios divinos los que Cristo concedió a su Iglesia, a su vicario el Papa o al orden clerical. Pero estos no son privilegios en el sentido en que ahora tratamos de ellos: lo primero, porque aunque sean dones especiales, su origen no es una ley privada, sino el derecho divino común y ordinario de la ley de gracia y como connatural a la Iglesia de Cristo tal como El la instituyó, y así no son dones al margen del derecho, sino conforme al derecho, al cual contienen en sí mismos; y lo segundo, porque ahora no tratamos de la ley divina, sino de la humana.

3. DIVISIÓN DEL PRIVILEGIO HUMANO EN REAL Y PERSONAL; SU DEFINICIÓN.—Así que —dejando los privilegios divinos— el humano suele dividirse en real y personal.

Esta división se insinúa en el cap. *Mandata: No lo concedemos al lugar sino a la persona,* aunque ahí no se trata de un privilegio propiamente dicho, sino de una delegación pontificia, pero la razón es la misma. Y casi las mismas palabras se encuentran en el DIGESTO en la ley *Privilegia* en que se dice: *De los privilegios, unos son de la causa, otros de la persona.* Y lo mismo se encuentra claramente en la ley *Forma.* Y en las mismas leyes se insinúa bastante que esa división es suficiente, pues aunque suelen añadirse otras partes, según diré enseguida pueden reducirse a estas.

Así que se llama privilegio real al que se concede directamente a una cosa, cargo o condición distinta de la persona; y personal al que se dirige inmediatamente a la persona por razón de ella misma. También los diezmos —y lo mismo el entredicho— suelen dividirse en reales y personales. Por eso, como lo hicimos en otro lugar tratando de ellos, también ahora hay que advertir que, aunque todo privilegio principalmente y como en último término se dirige a la utilidad, uso o disfrute de alguna persona —ya que, lo mismo que las leyes, también los privilegios se dan únicamente en utilidad o en favor de los hombres—, sin embargo, el fruto y utilidad del privilegio con frecuencia versa a las inmediatas sobre cosas, por ejemplo, sobre fincas, casas, mercancías, oficios y otras cosas semejantes mediante las cuales la utilidad redunda en la persona que tiene tal cosa o dignidad o que vive en tal lugar.

Por eso, para distinguir esos dos miembros, es preciso distinguir bien la persona que goza del privilegio del sujeto al cual —como quien dice— va adherida inmediatamente la inmunidad del privilegio, pues esa división no se basa en la persona entendida en el primer sentido —en ese sentido todos los privilegios pueden llamarse personales o, mejor dicho, de las personas—, sino que la razón de ambos miembros y su distinción se ha de basar en la cosa o en la persona entendidas en el segundo sentido.

En efecto, si el privilegio va adherido a una cosa distinta de las personas y por medio de ella pasa al dueño o posesor de la cosa, el privilegio es real, por ejemplo, la inmunidad de un templo, la servidumbre o el tributo inherente a una finca o a una fuente. En cambio, si la inmunidad del privilegio es inherente a la persona misma inmediatamente y como por razón de ella misma, y se le ha concedido a ella en esta forma, entonces es personal.

Pero puede suceder que, aunque el privilegio no vaya adherido a una cosa existente fuera de la persona, con todo, no esté en la persona misma si no es por razón de alguna condición inherente a ella, como por razón de su dignidad —episcopado, estado clerical, principado, doctorado, etc.—, por razón de su cargo u oficio —juez, soldado, estudiante—, por razón de su necesidad —menores, pobres, etc.—, por razón de una acción suya —causa pía, etc.—.

ambiguum, an sint personalia, vel realia. In quo attendenda videtur qualitas cõditionis, cui priuilegiũ proxime adhærere censetur. Nam si illa sit de se perpetua, vel per successionem, vel per adhæsionem ad aliquod corpus perpetuum: tale priuilegium reale censetur, quia cũ re ipsa transit, & durat: & tale est priuilegium Episcopatus, Cardinalatus, Senatoris, & Similia: si verò talis cõditio sit in se temporalis, vel saltem finiatur cum persona, priuilegium nihilominus censebitur personale licèt interdũ multum habeat de reali, & ideo mixtum appelletur.

4. *Quomodo dignoscatur an priuilegiũ adhæreat personæ, vel rei.*

Quæri autem solet, quomodo dignoscatur, an priuilegium adhęreat personę, vel rei, de quo puncto multa scribunt Iuristæ in l. *Quia tale*, ff. Solut. Matrim. & in alijs locis infrà referendis. Nos autem breuiter dicimus, tria, vel quatuor spectanda esse, scilicet, modum personę, cui fit gratia; ratio, seu causa, quę mouet ad concessionem, res, quæ ibi interuenit, circa quam versatur immunitas priuilegij, ac denique verba priuilegij. Circa personam aduertendum est, quandã esse personam propriam, vt est vnus homo, aliam fictam, quæ vnum corpus misticũ etiam solet appellari, vt est ciuitas, religio, collegium, monasterium, vniuersitas, & similia. Si ergo priuilegium directè fiat personæ fictæ, id satis est, vt priuilegium sit reale, quia perpetuum est, iuxta l. *Forma*, § *Quanquam*. ff. de Censib. quia talis persona ficta perpetua est, iuxta l. *Proponebatur*, ff. de Iudici. Procedit autem hoc, siuè priuilegium concedatur corpori ad vsum totius corporis per modum vnius vniuersitatis in vnum congregatæ, siuè concedatur eidem ad vsum singulorum, siuè è conuerso detur singulis de tali corpore ratione totius, & vt sunt membra talis corporis, idest, vt ciues, vel religiosi sunt. Quia, vt sumitur ex l. 2. ff. de Reb. dub. etiam hoc modo censetur, priuilegium per se primo concedi tali corpori mystico, quod est res quædam perpetua per continuam quandam successionem, & ideo tale priuilegium reale est, & perpetuum.

5. Si autem persona, cui conceditur priuilegiũ, sit vera, nõ statim priuilegiũ est personale, sed subpartitione op' est. Nã aliquando est persona particularis, aliquando verò est genus personarũ, vt minores, mariti, vxores, & similes, & vtrũq; ex his vocari potest personale, vt notat Barbos. in l. *Quia tale*, n. 14. ff. Solut. Matrim. cum Latio in l. *Maritum*, eod. n. 32. Et de priori quidem per se patet. Quia tale priuilegium soli illi personæ adhæret, & cum illa finitur, quę est conditio maximè propria priuilegij personalis, vt patet ex dicto ca. *Priuilegia*, & ideo nõ transit ad hæredes, vt habetur in dicta l. *Maritum*, & dicta l. *Quia tale*, & dicta l. *Forma*. Et optime in l. *Sordidorum*, C. de Excusat. muner. lib. 10. De posteriori verò ratio est, quia tale priuilegiũ singulis personis veris sub illa communi appellatione conceditur, non ratione communitatis talium personarum, aut alicuius corporis mystici ex illis compositi, sed ratione sui, & provt in vnaquaque est, illi soli prodest, & cum illa extinguitur, quæ sunt conditiones priuilegij personalis. Quia verò hoc priuilegium sic in communi concessum certo generi personarum moraliter perpetuum est, quia nunquam sub illo communi genere deesse possunt indiuidua, in quibus priuilegiũ illud conseruetur, ideò multum simile est priuilegio reali, & ab aliquibus ita vocatur.

C. *Priuilegia*.

6. Item potest considerari alia ratio, quia tunc videtur concedi priuilegium non tam personæ, quam certæ conditioni existenti in persona, vt minori propter defectum ætatis datur priuilegium restitutionis, maioribus autem propter absentiam causa Reipublicæ, ff. ex quibus causis maioris, &c. Vxoribus datur Velleianum ratione status, & subiectionis; filijs familias Macedonianum simili titulo. Et ita similia priuilegia magis videntur concessa ipsi causæ, vel rei, & ex hac parte censeri possunt realia, sicut priuilegia pię causę, scholarium, Doctorum, & similia, argumẽto l. *In omnibus causis*, 69. ff. de Regul. iur. Sed non oportet de nomine laborare, quando de re constat. Nam quòd ad doctrinam moralem attinet, talia priuilegia in se spectata, & respectu totius generis talium personarum, plane sequuntur in omnibus naturam, & conditionem priuilegij realis. Spectata vero provt vnicuique personæ particulari sub illo genere contentę applicantur, sequuntur conditionem, & doctri-

Tratándose de estos privilegios, puede dudarse si son personales o reales, y parece que se debe atender a la calidad de la condición a la que el privilegio se cree que va inmediatamente adherido: si la condición es de suyo perpetua y se trasmite por sucesión o por unión a un cuerpo perpetuo, a ese privilegio se lo tiene por real, puesto que se trasmite y perdura con la cosa misma, como es el privilegio del episcopado, del cardenalato, del senado, y otros parecidos; pero si la condición es en sí misma temporal o al menos termina con la persona, el privilegio será tenido por personal, y eso a pesar de que a veces tiene mucho de real y por eso se llama mixto.

4. MANERA DE CONOCER SI UN PRIVILEGIO ES INHERENTE A LA PERSONA O A LA COSA.— Suele preguntarse cómo se puede conocer si un privilegio es inherente a la persona o a la cosa.

Sobre este punto escriben mucho los juristas a propósito del DIGESTO. Nosotros por nuestra parte decimos —brevemente— que se debe atender a tres o cuatro cosas: la clase de persona a la que se hace la gracia, la razón o causa que mueve a la concesión, la cosa de que se trata y sobre la cual versa la inmunidad del privilegio, y —por último— las palabras del privilegio.

Acerca de la persona hay que advertir que hay una persona propiamente dicha —como es un hombre— y otra moral, que suele llamarse también cuerpo místico, como es una ciudad, una religión, un colegio, un monasterio, una universidad, y cosas parecidas. Pues bien, si el privilegio se concede directamente a una persona moral, eso basta para que el privilegio sea real por ser perpetuo —conforme a la ley *Forma* del DIGESTO—, puesto que tal persona moral es perpetua, conforme a la ley *Proponebatur* también del DIGESTO.

Y esto vale, tanto si el privilegio se concede al cuerpo para uso de todo el cuerpo en forma de universidad reunida en unidad, como si se le concede para uso de cada uno de los miembros de tal cuerpo por razón del todo y en cuanto que son miembros de tal cuerpo, es decir, en cuanto que son ciudadanos o religiosos, pues —como se dice en el DIGESTO— también si se concede de este modo, se juzga que se concede directa y primariamente a tal cuerpo místico, el cual es una cosa perpetua por sucesión continua, y por eso tal privilegio es real y perpetuo.

5. Si la persona a quien se concede el privilegio es una persona física, no por eso el privilegio es personal, sino que hay que distinguir. A veces la persona es particular, pero otras veces es una clase de personas, como los menores, los maridos, las esposas, y otras personas semejantes: ambos privilegios pueden llamarse personales, como observa BARBOSA con LASIO.

Lo primero es evidente, pues tal privilegio es inherente a sola esa persona y termina como ella —condición la más propia del privilegio personal, como aparece por el dicho cap. *Privilegia*— y, por tanto, no pasa a los herederos, como se dice en las leyes *Maritum, Quia tale* y *Forma,* y muy bien en la ley *Sordidorum* del CÓDIGO.

La razón de lo segundo es que tal privilegio, bajo ese nombre común, se concede a cada una de las personas físicas no por razón de la comunidad de tales personas o del cuerpo místico que ellas compongan, sino por razón de ellas mismas, y tal como está en cada una de ellas le aprovecha a ella sola y se extingue con ella, que son las condiciones del privilegio personal.

Pero como este privilegio —concedido así en común a una determinada clase de personas— es moralmente perpetuo, porque bajo ese título común nunca pueden faltar individuos en los cuales se conserve ese privilegio, es muy semejante al privilegio real y algunos lo llaman así.

6. También es atendible otra razón: que en ese caso el privilegio parece que se concede no tanto a la persona cuanto a determinada condición existente en la persona: por ejemplo, al menor, por su falta de edad, se le da el privilegio de la restitución; a los mayores, por su ausencia por causa del estado, lo del DIGESTO *ex quibus causis maioris,* etc.; a las esposas se les da el Velleyano por razón de su estado y de su sujeción; a los hijos el Macedoniano por un título parecido. Semejantes privilegios más parecen concedidos a la causa o a la cosa misma, y por esta parte se les puede tener por reales lo mismo que a los privilegios de las causas pías, de los estudiantes, de los doctores, y otros semejantes, según el DIGESTO.

Mas no hay por qué preocuparse del nombre cuando la cosa es clara. En efecto, por lo que toca a la doctrina moral, tales privilegios, considerados en sí mismos y en relación con toda la clase de tales personas, siguen en todo manifiestamente la naturaleza y la condición del privilegio real; pero considerados en su aplicación a cada persona particular contenida en la

doctrinam personalis priuilegij, & hoc intendunt citati Doctores, & probat ratio facta. Ex quibus constat ad illã diuisionẽ sufficiẽter reduci omnes species priuilegiorũ, quæ sub alijs nominibus numerãt Hostie. Anton. Sylvest. Angel. & alij tractãtes de priuilegiorũ varietate.

Hostiens. Anton. Sylvest. Angel.

7. Sic ergo ex parte personæ cognosci potest, quando priuilegium sit personale, vel reale, non tamen id sufficit, præcipuè, quando priuilegium datur personæ verę, ac singulari: non enim satis hoc est, vt priuilegium censeatur personale, argumento l. *Iuris gentium* §. *Pactum*, ff. de Pactis, ibi. *Plerumque persona inseritur pacto, non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur, cũ quo pactum factũ est*, & ideo additur ibi, æstimandam esse mentem contrahentium. Idem ergo contingit cum proportione in priuilegio, quia sępe cum persona coniungitur res, vel dignitas, aut similis causa, & ideò ex intentione concedentis oportet discernere, cui primario concedatur priuilegium. Ad hoc ergo discernendum subiungitur, secunda consideratio, quę esse debet de causa, cuius intuitu principaliter datur priuilegium: nam si illa sit persona ipsa, seu conditio per se adhærens illi, censetur priuilegium esse psonale; sit verò si dignitas, vel res alia, seu causa, quę cũ persona non cohęreat, priuilegium est reale. Atque ita hanc regulam assignant Bald. Roman. Anchar. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. supra n. 3. & videtur sumi ex dicta l. *In omnibus causis*. Et ex alio principio, quod in omni dispositione attenditur præcipuè ad causam principalem, & immediatam, quam ad remotam, vt est vulgare.

Bald. Roman. Anchar. Barbos.

Non caret tamen hæc regula dubitatione: nam interdum principale motiuum concedendi priuilegium est conditio personæ, vt dignitas eius, vel meritum, & nihilominus intuitu illius priuilegium conceditur rei principaliter, vt quando Rex alicui Comiti propter insignes victorias in bello partas priuilegium maiorum Principum, quos Hispani *Grandes* vocant, non solũ personę suæ, sed etiam dignitati, seu comitatui cõcedi, quod priuilegiũ reale est, licèt intuitu personæ fiat: è contrario verò licèt priuilegiũ concedatur principaliter intuitu dignitatis, si fiat personæ, personale tantũ est, vt patet ex dicta l. *Sordidorum* ibi. *Neque enim potest esse perpetuum, quod nõ rebus, sed personis cõtemplatione dignitatis, atq; militiæ indulsisse nos constat.*

8. *Difficultas circa regulã datam.*

Respondeo, argumentũ cõuincere, nõ esse principaliter attendendũ motiuum ope amis ad discernẽdum inter hęc priuilegia, sed obiectũ (vt sic dicam) proximum, ad quod dixerit intentionẽ suam, quando voluit priuilegiũ cõcedere. Nã Princeps concedens priuilegiũ, voluntate sua facit, vt vel persona, vel res alia priuilegiata sit; ergo illa fit subiectũ proprium, cui veluti adhęrens immunitas priuilegij, quæ respectu voluntatis cõcedẽtis fuit proximũ obiectũ talis cõcessionis. Et in hunc modũ interpretor verba illius l. *In omnibus*, quæ sic habent. *In omnibus causis, vbi personæ conditio locũ facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficiũ quoq; deficit.* Nã conditionẽ personę locũ dare beneficio idem esse intelligo, quod præparare, & reddere capacẽ personã, vt sit veluti proximum subiectũ beneficij, seu priuilegij. Et simili modo subdit è cõuerso. *Vbi verò genus actionis id desiderat*, idest, vt intelligat tauor inhęrẽs actioni, ac subinde priuilegiũ esse reale. Ex quo textu alijs verbis possum' explicare rẽ eãdẽ; nã si intentio priuilegiatoris fuit prouidere personę, priuilegiũ est psonale; si verò intẽtio fuit prouidere causę, dignitati, & similib' priuilegiũ est reale, ex quocũq; motiuo, siue intrinseco, siue extrinseco, ad vnũ, vel alium modũ intẽtionis inductus fuerit priuilegiator, quia (vt dixi) id operatur, quod vult, vnde cũq; moueatur. Opinorq; hoc intendere iuristas, cũ dicunt, nõ ex causa impulsiua, sed ex principali, & proxima distinctionẽ esse sumendã. Nihilominus tamen multũ est cõsideranda causa motiua; nã deseruit multũ ad indicandũ intentionẽ cõcedentis, & ex illa sæpe cõiectãdũ est, quomodo priuilegiũ ad rẽ, vel psonã dirigatur, vt ex dicendis patebit.

9. *Soluitur difficultas.*

Vlterius verò superest explicandum, quomodo cognoscatur intentio concedentis. Circa quod altera consideratio occurrit. Nam inprimis attente consideranda sunt verba priuilegij, & si illa non sufficiũt, materia ipsa, & proportio eius cum concessione est spectanda, vt priuilegij conditio discernatur. Et in primis ex parte verborum pro regula assignari solet, si verba dirigantur

10. *Quomodo sciatur intentio concedentis.*

Eeee ad

D 10 concedi / *concedit*

A 9 dixerit / *direxerit*

clase, siguen la condición y la doctrina del privilegio personal: este es el pensamiento de los doctores citados y lo que prueba la razón aducida.

Con esto queda claro que a esa división se reducen suficientemente todas las especies de privilegios que con otros nombres enumeran ENRIQUE DE SEGUSIO, ANTON., SILVESTRE, ANGEL DE CHIAVASO y otros que tratan de las distintas clases de privilegios.

7. Así que por parte de la persona puede conocerse cuándo un privilegio es personal o real; pero esto no basta, sobre todo cuando el privilegio se da a una persona física e individual, ya que esto no es suficiente para que a un privilegio se lo haya de tener por personal según la ley *Iuris gentium* del DIGESTO: *Las más de las veces a una persona se la mete en un pacto no para hacer un pacto sino para manifestar con quién se ha hecho el pacto,* etc., y por eso se añade allí que hay que examinar la intención de los contrayentes. Pues lo mismo sucede también en el privilegio: muchas veces con la persona va unida una cosa o dignidad o una causa semejante, y por eso es preciso fijarse en la intención del que lo concede para distinguir a quién se concede ante todo el privilegio.

Pues bien, para distinguir esto, añadimos un segundo elemento al que hay que atender, que es la causa por la cual se da principalmente el privilegio: si la causa es la persona misma o una condición inherente de suyo a ella, el privilegio es personal; pero si es una dignidad u otra cosa o causa que no va unida a la persona, el privilegio es real.

Esta regla la señalan BALDO, ROMÁN, PEDRO DE ANCHARANO y otros que cita BARBOSA, y parece que se encuentra en la dicha ley *In omnibus causis* y en el otro principio de que en toda disposición —como todo el mundo sabe— se ha de atender principalmente a la causa principal e inmediata más que a la remota.

8. DIFICULTAD ACERCA DE LA REGLA QUE SE HA DADO.—Esta regla, sin embargo, no carece de duda, pues a veces el motivo principal para conceder el privilegio es la condición de la persona —por ejemplo su dignidad o mérito—, y, sin embargo, en atención a eso, el privilegio se concede principalmente a la cosa, por ejemplo, cuando el rey a un conde, por insignes victorias conseguidas en la guerra, concede el privilegio de príncipe mayor —los que en España llaman *Grandes*— no sólo para su persona sino también para su dignidad o condado: este privilegio es real aunque se conceda en atención a la persona; y, por el contrario, aunque el privilegio se conceda principalmente en atención a la dignidad, si se concede para la persona, es sólo personal, como se ve por la ley *Sordidorum: Porque no puede ser perpetuo lo que consta que hemos concedido no a las cosas sino a las personas en atención a su dignidad y a sus servicios de armas.*

9. SOLUCIÓN DE LA DIFICULTAD.—Respondo que lo que el argumento prueba es que, para distinguir entre estos privilegios, a lo que principalmente hay que atender es, no al motivo del operante, sino al objeto —digámoslo así— próximo al cual dirigió su intención cuando quiso conceder el privilegio. En efecto, el príncipe que concede el privilegio hace con su voluntad que la privilegiada sea la persona u otra cosa; luego la que es hecha sujeto propio al que —como quien dice— se adhiere la inmunidad del privilegio es la que, respecto de la voluntad concediente, fue objeto próximo de tal concesión.

Este es el sentido en que yo interpreto las palabras de la ley *In omnibus,* que dicen así: *En todas las causas, cuando la que da lugar al beneficio es la condición de la persona, al faltar ella se extingue también el beneficio:* el que la condición de la persona dé lugar al beneficio entiendo que es lo mismo que preparar y hacer capaz a la persona para ser como el sujeto próximo del beneficio o del privilegio. Y de una manera semejante —aunque al revés— añade: *En cambio, cuando la clase de acción lo requiere,* dando a entender que el favor inherente a la acción, y, por tanto, el privilegio, es real.

Por este texto podemos explicar con otras palabras la misma cosa: Si la intención del que dio el privilegio fue favorecer a la persona, el privilegio es personal; en cambio, si su intención fue favorecer a la causa, a la dignidad y a cosas semejantes, el privilegio es real sea cual sea el motivo —intrínseco o extrínseco— que le indujo a la una o a la otra intención, pues —según he dicho— el que concede el privilegio obra lo que quiere sea cual sea el motivo que le mueva.

Y opino que este es el pensamiento de los juristas cuando dicen que el origen de la diferencia hay que buscarlo no en la causa impulsiva, sino en la principal y próxima. A pesar de todo, hay que tener muy en cuenta la causa motiva, pues sirve mucho para conocer la intención del que concede el privilegio, y por ella es por la que muchas veces se ha de conjeturar la manera como el privilegio se dirige a la cosa o a la persona. Esto quedará claro por lo que vamos a decir.

10. ¿CÓMO CONOCER LA INTENCIÓN DEL QUE CONCEDE EL PRIVILEGIO?—Queda por explicar el modo de conocer la intención del que concede el privilegio. Acerca de esto ocurre una segunda consideracón. En primer lugar, para conocer la naturaleza del privilegio, se deben examinar con atención las palabras del privilegio,

ad rem, priuilegium esse reale, si ad personam, esse personale. Vt si priuilegiũ dicat, concedo vineę tuæ immunitatẽ soluendi decimas, priuilegium est reale, si verò dicat concedi tibi facultatem non soluendi decimas ex vinea, priuilegium est personale, vt notat Gloss. in Clemẽt. 1. verb. *Excolentes*, de Decim. Ratio est, qui illa verba designant proximũ obiectum, seu subiectũ immunitatis cõcessę, ergo priora indicant vt subiectũ ipsam vineã, posteriora verò personã, cuius est vinea. Et cõfirmari potest ex iuribus, in quibus distinguuntur personale, ac reale priuilegiũ, quia vnũ personę, aliud rei conceditur, vt patet ex l. 1. ff. de Aqua quotid. & æsti. in fine, cũ alijs supra allegatis: non potest autẽ melius significari verbis, quod huic, vel illi cõcedatur priuilegium, quam verba ad hoc, vel illud, idest, ad rem, vel personam dirigendo. Et ita sentiunt Gloss. 25. quæst. 2. in princip. & in ca. *Tua*, de His, quæ fiunt à Prælatis. Barth. in l. 1. ff. de Constitut. Princ. num. 2.

Gloss.
Gloss. Cap. Tua. Barth.

11. Confirmari hoc potest ex regula iuris, quod delegatio commissa alicui sub nomine dignitatis, vt Episcopo Conimbricensi, intelligitur concessa sedi, ita vt si iste decedat, successor intelligatur delegatus: secus autem esse si fiat sub proprio nomine personę, vt habetur in cap. *Quoniam Abbas*, de Offic. deleg. ergo signum est, verba concessionis ibi propriè collocare suum effectum, vbi directè, & immediatè dirigũtur. Idẽ ergo est in priuilegio, vt notant Panormit. & Filin. ibi, & Bald. in ca. 1. de His, qui feud. dar. possunt §. *Marchio*, n. 4. Vnde inferunt, etiam ordinem literæ, seu cõcessionis esse in priuilegijs attendendũ, ita vt si res collocetur proximè post concessionẽ priuilegiũ sit reale, licèt postea adiungatur persona, at verò si prius nominetur persona, priuilegiũ personale iudicetur. Ita Panorm. in dicto ca. *Mandata*, de Præsũp. num. 1. argumento legis *Si communis*, ff. de Stipulat. ser. statim verò addit idem Panormit. explicationem, vt hoc intelligatur in dubio, & quando aliæ coniecturæ cessant, quod nos dicimus, cæteris paribus: tunc enim merito hęc coniectura aliquid operabitur.

C. Quoniã Abbas.
Panorm. Felin. Bald.
Panorm. C. Mandata.

12. Addenda verò est duplex limitatio, vna est, vt hæc regula tocũ habeat, quã-

A do verba priuilegij sunt absoluta, & simpliciter diriguuntur ad personam tantum, vel ad rem tantum: nam si aliquid eis addatur, per quod extendatur, vel distrahatur eorũ significatio, mutari omnino poterit significatio, vel certè ambigua fieri. Vt v.g. si postquam priuilegium dixit, concedimus Petro, vel tibi, addat, & hęredibus tuis, vel successoribus tuis, &c. Priuilegium non est personale, sed reale. Ita monet Barthol. in l. 1. ff. de Constit. Princip. num. 2. per l. 1. ff. de Iure immunit. ibi, *Posterisque datæ*. Idem est si concessioni personę factę addatur

Barth.

B *in perpetuum*, seu, *vt perpetuo valeat*, tunc enim priuilegium est reale, vt notat Felin. in dicto cap. *Quoniam Abbas*, num. 11. cum Anchar. in reg. *Priuilegium*, q. 1. & cons. 333. Aliqui verò putant, particulam *Perpetuo*, non sufficere, quia in iure significare solet vitæ tẽpus, & coarctãda est. Alij verò vtũtur distinctione de liberalibus, vel remuneratorijs priuilegijs, vt per Barbos. dicta l. *Quia tale*, n. 11. Verum etiã in liberalibus censeo tenendam esse proprietatẽ verbi, nisi alia verba, vel ratio vrgens cogat ad illã restrictionẽ. Regulariter enim illud aduerbium perpetuitatem priuilegij significat, quia si absolutè fiat concessio personæ sine restrictione tẽporis, intelligitur durare toto tempore vitę, si aliquid aliud nõ obstet; ergo cum additur expresse, vt priuilegium sit perpetuum aliquid amplius cõceditur, nempe totum illud, quod vox illa propriè significat. Et quia contra naturã priuilegij personalis est, vt sit perpetuum, ideo fit priuilegium reale. Quia licèt nominetur persona, non nominatur, vt subiectum priuilegij, hoc enim tunc est genus ipsum, seu familia, sed nominatur vt prima persona incipiens vti

Felin. Anchar.

D priuilegio, seu tanquam fundamentum adæquati subiecti priuilegij. Idem è contrario erit, si priuilegij concessio immediatè dirigatur ad rem, vel dignitatem, statim vero addatur causa indicans, intentionem dirigi ad personam, vt si sub nomine Episcopi talis ciuitatis concedatur eidem facultas aliqua propter insignes labores, vel eminentiam scientiæ, &c. Priuilegium est personale. Vt expresse notauit Panormit. in cap. *Mandata*, de Præsump. numero primo, assignans pro regula, In priuilegij

C 9 Filin. / *Felin.*

y si eso no basta, la materia misma y la correspondencia entre ella y la concesión.

Y lo primero de todo, por parte de las palabras suele señalarse como regla que, si las palabras se dirigen a la cosa, el privilegio es real, si a la persona, personal. Por ejemplo, si el pripriviegio dice *Concedo a tu viña la inmunidad de pagar diezmos,* el privilegio es real, pero si dice *Se te concede a ti el poder de no pagar los diezmos de tu viña,* el privilegio es personal, como observa la GLOSA DE LA CLEMENTINA 1.ª.

La razón es que esas palabras designan el objeto próximo o sujeto de la inmunidad concedida; luego las primeras indican como sujeto a la misma viña, las segundas a la persona cuya es la viña.

Puede confirmarse esto con los textos jurídicos en los que el privilegio personal y el real se distinguen en que el uno se concede a la persona y el otro a la cosa, como se ve por la ley 1.ª *Aqua quotid. et aestiv.* del DIGESTO y por otras que se han aducido antes; ahora bien, ninguna manera mejor de dar a entender con palabras que el privilegio se concede a esto o a lo otro que dirigir las palabras a esto o a lo otro, es decir, a la cosa o a la persona. Así piensa la GLOSA y BÁRTOLO.

11. Puede confirmarse esto con la regla del derecho de que una delegación confiada a alguien bajo el nombre de su dignidad, v. g. al Obispo de Coimbra, se entiende que ha sido concedida a la sede, de suerte que si la persona fallece, se entiende que queda delegado su sucesor, como se dice en el cap. *Quoniam Abbas;* luego es señal de que las palabras de la concesión, propiamente colocan su efecto en el punto a donde directa o indirectamente se dirigen. Luego lo mismo sucede con el privilegio, como observan NICOLÁS DE TUDESCHIS, FELINO y BALDO.

De ahí deducen éstos que en los privilegios se debe atender también al orden de la letra, o concesión, de tal manera que, si la cosa se coloca inmediatamente después de la concesión, el privilegio es real aunque después se añada la persona, y en cambio, si primero se nombra a la persona, a ese privilegio se lo tiene por personal. Así NICOLÁS DE TUDESCHIS apoyándose en el DIGESTO; pero enseguida añade él mismo la explicación de que esto se entiende para los casos de duda y para cuando faltan otros indicios, cosa que en igualdad de circunstancias también nosotros admitimos, pues entonces con razón este indicio tendrá alguna fuerza.

12. Pero hay que añadir una doble limitación. Una es que esta regla valga para cuando las palabras del privilegio son absolutas y se dirigen sencillamente sólo a la persona o sólo a la cosa, puesto que si les añade algo con lo que se amplía o varía su significado, el sentido podrá cambiar o al menos quedar ambiguo. Por ejemplo, si el privilegio, después de decir *Concedemos a Pedro* o *a tí,* añade *y a tus herederos* o *a tus sucesores,* etc., el privilegio no es personal sino real. Así lo advierte BÁRTOLO a propósito del DIGESTO. Lo mismo sucede si a la concesión hecha a la persona se añade *perpetuamente* o *para que valga perpetuamente:* entonces el privilegio —como nota FELINO con PEDRO DE ANCHARANO— es real.

Con todo, algunos piensan que la palabra *perpetuamente* no basta, puesto que en el derecho suele significar el tiempo de la vida y se debe restringir su significado. Otros —como BARBOSA— distinguen entre privilegios liberales y remuneratorios. Pero yo juzgo que, aun tratándose de los privilegios liberales, se debe mantener el sentido propio de esa palabra, a no ser que otras palabras u otra razón apremiante fuerce a hacer esa restricción.

En efecto, normalmente ese adverbio significa que el privilegio es perpetuo, puesto que si, de una manera absoluta, la concesión se hace a una persona sin restringir el tiempo, se entiende que —si otra cosa no se opone— dura para toda su vida; luego cuando se añade expresamente que el privilegio sea perpetuo, se concede algo más, a saber, todo aquello que esa palabra propiamente significa; y como el ser perpetuo es contrario a la naturaleza del privilegio personal, lo hace privilegio real, pues aunque se nombre a la persona, no se la nombra como sujeto del privilegio —que entonces es la clase misma o la familia— sino como la primera persona que comienza a hacer uso del privilegio o como base del sujeto completo del privilegio.

Lo mismo —aunque al contrario— sucederá si la concesión del privilegio se dirige inmediatamente a la cosa o dignidad pero añadiendo enseguida una causa que indique que la intención se dirige a la persona; por ejemplo, si bajo el nombre de Obispo de tal ciudad se le concede alguna facultad por sus insignes trabajos o por su eminente ciencia, etc., el privilegio es personal.

Así lo advirtió expresamente NICOLÁS DE TUDESCHIS, el cual señaló como regla que, tratándose de los privilegios, más que recurrir a fórmulas expresas del nombre propio o de la

legijs magis esse vtendum coniecturis, quàm recurrendum ad expressionem nominis proprij, vel dignitatis. Est autem eadem ratio de alijs nominibus rẽ, vel personam significantibus.

13. *Præterrerba attendẽda etiã materia priuilegij.*

Altera declaratio est, vt vltra verba, materia priuilegij spectetur: oportet enim talis esse conditionis, vel qualitatis, vt possit iustè, & rectè ad illam adaptari priuilegium, ideòque iuxta illius capacitatem interpretanda sunt verba. Nam licèt verba sonent priuilegium reale, si materia non potest accommodari rectè perpetuitati priuilegij, interpretanda erunt de personali, & è contrario. Ita Panormita. in capite *Aduersus*, de Immunitate Ecclesiastic. num. 17. & in capite, *Quoniam Abbas*, de Offic. delegat. & latè Anchar. in dicta regula, *Priuilegium*. quæstione prima, circa finem, vbi varia inducit exempla, & alij suprà citati. Sumiturque ex illo principio iuris, quòd verba debent rebus seruire, non res verbis, & ideò interpretandà sunt iuxta materiæ capacitatem. Item ex illo quòd leges ita interpretandæ sunt, vt absurdum non contineant. Atque ita in capite, *Dilecti*, de For. competen. supponitur, rescriptum datum ad quendam Episcopum sub proprio eius nomine transire ad successores; è contrario verò in capite, *Aduersus*, de Immunitat. Ecclesiaſ. dicitur extingui cum persona, quod ad Prælatum sub hac appellatione dirigitur, quia in vtroque loco materia ita postulabat, & similia multa videri possunt in citatis authoribus.

Panormit. C. aduersus C. Quoniã Abbas. Anchar.

14. *Quid dicẽdũ in dubio an priuilegiũ sit reale vel personale.*

Atque hinc obiter intelligitur primò quid dicendum sit, quãdo fuerit dubiũ, an priuilegium reale sit, vel personale. Auctores enim interdum dicunt, præsumendum esse reale, vt affirmat Tiraquel. de Primogenit. quæst. 40. num. 72. citat verò duas Glossas, vnã in l. *Forma. §. Quanquam*. ff. de Censib. quæ nihil dicit, aliam. 25. q. 1. in princ. quæ dicit contrariũ. Citat etiam Alexand. & alios in l. *Quia tale*, ff. Solut. matrim. vbi Barbos. nu. 4. in fine plures refert. Sequitur etiam Anton. 1. p. tit. 19. c. 1. §. 2. in fine & Emmanu. Roder. tom. 1. q. 56. art. 12. Ad quod allegãtur l. *Ætas*, & dictus §. *Quanquam*. ff. de Cẽsibus, quę iura nihil probant præter regulam generalem, quòd priuilegium rebus concessum est reale; personis autem personale. Allegatur etiam caput, *Cum venisset*, de Institut. quod solum probat, in aliquod casu, licet sit aliquod dubium, multò maiores esse posse coniecturas, quòd priuilegium sit reale, & ideò id esse præsumendum, nisi contrarium probetur, quod est per se notum, sed non minus poterit contingere oppositum, vt per se constat. Denique adducitur ratio, quòd licet persona inseratur in priuilegio, non statim fit personale: idem verò dici poterit de re: nã licèt res inseratur priuilegio, nõ statim fit reale.

Tiraquel. Barbos. Anton. Emmanu. Roder.

15. Et ideò alij cõmuniter dicunt, in dubio priuilegiũ præsumi personale, quod tenet dicta Gloss. 25. quæst. 2. in princip. & Barthol. cons. 189. num. 4. Idem Iason in l. *Si sic*, 2. ff. de Verborum obligat. qui tamen excipit immunitatem, seu priuilegia obtenta per viam contractus. dictam verò sententiam absolutè tenet Decius in lege. *In omnibus causis*. ff. de Regulis iuris, & plures, quos Barbos. supra refert. numero quarto. Hoc etiam tenuit Emmanu. Roder. eodem tomo, quæstio. 30. articulo. 15. nulla facta distinctione, vel adhibita concordia. Ratio pro hac sententia esse potest, quia priuilegia sunt restricti iuris, & ideò in dubio potius sunt interpretãda esse personalia, quam realia vt restringatur cõcessio, quia reale priuilegium, quò est durabilius, eò est maius, cæteris paribus, vt per se constat, ergo in dubio restringendum est ad personale.

Gloss. Barthol. Iason. Barbos. Emmanu. Roder. Barbos.

16. *Barbos.*

Has verò opiniones ita concordat Barbosa. in dicta l. *Quia tale*. num. 4. in dubio tunc censeri priuilegium personale, quando verba referuntur ad personam, & aliæ coniecturæ de alia principali causa, vel intentione non extant, & sic procedere hanc secundam opinionem. In simili vero dubio si verba ferantur directè ad rem, priuilegiũ censeri reale, & ita procedere priore opinionem citat Glossa in Clementina 1. de Decim. verb. *Excolendas*, & Panormita. in capite, *Ex parte*. 1. de Decim. num. 4. Sed illi solum tradunt generalem doctrinam suprà traditã de modo distinguẽdi priuilegiũ personale, & reale ex verbis. Vnde mihi non placet conciliatio, nec videtur expedire quæstionem, quia non inqui-

A 6 declaratio / *limitatio*

A 4 aliquod / *aliquo*
D 5 priore / *priorem*
D 6 Glossa / *Glossam*
D 6 Clementina / *Clementinam*

dignidad, se debe hacer uso de conjeturas; y la razón es la misma para otros nombres que signifiquen la cosa o la persona.

13. ADEMÁS DE A LAS PALABRAS HAY QUE ATENDER TAMBIÉN A LA MATERIA DEL PRIVILEGIO.—La segunda limitación es que —además de a las palabras— se atienda a la materia del privilegio: es preciso que esa materia sea de tal condición o calidad que el privilegio pueda adaptarse a ella justa y rectamente, y, por tanto, las palabras se han de interpretar conforme a su capacidad, pues aunque las palabras suenen a privilegio real, si la materia no puede acomodarse bien a la perpetuidad del privilegio, se han de interpretar de privilegio personal, y al revés. Así NICOLÁS DE TUDESCHIS, ampliamente PEDRO DE ANCHARANO —que aduce distintos ejemplos—, y otros que se han citado antes.

Ello se deduce también del principio jurídico de que las palabras deben servir a las cosas y no las cosas a las palabras, y, por tanto, se han de interpretar según la capacidad de la materia. Asimismo, del principio de que las leyes se han de interpretar de tal manera que no contengan ningún absurdo. Y así en el cap. *Dilecti* se da por supuesto que un rescripto dado a cierto obispo a su propio nombre, pasa a sus sucesores; y al contrario en el cap. *Adversus* se dice que lo que se dirige a un prelado bajo este nombre, se extingue con la persona: en ambos textos la materia lo pedía así. Otros muchos casos parecidos pueden verse en los autores citados.

14. QUÉ DECIR EN LA DUDA SOBRE SI UN PRIVILEGIO ES REAL O PERSONAL.—De paso, con esto se entiende —en primer lugar— qué se debe decir para el caso de duda sobre si el privilegio es real o personal.

Los autores dicen a veces que se debe presumir que es real, según afirma TIRAQUEAU pero citando dos Glosas de las cuales la una no dice nada y lo otra dice lo contrario. Cita también a ALEJANDRO y a otros en sus comentarios a la ley *Quia tale* del DIGESTO, sobre la cual BARBOSA cita a otras más. Siguen ANTON. y MANUEL RODRÍGUEZ.

Y para probarlo se aducen la ley *Aetas* y el dicho párrafo *Quanquam* del DIGESTO; pero estos textos no prueban nada fuera de la regla general de que el privilegio concedido a las cosas es real y el concedido a las personas personal.

Se aduce también el cap. *Cum venisset,* el cual lo único que prueba es que en algún caso, aunque haya alguna duda, puede haber indicios mucho mayores de que el privilegio es real, y que, por tanto, si no se prueba lo contrario, se debe presumir eso: esto es evidente; pero no menos podrá suceder lo contrario, como es también evidente.

Por último, se aduce la razón de que, aunque se meta a la persona en el privilegio, no por eso es personal; pero lo mismo se puede decir de la cosa, pues, aunque se meta la cosa en el privilegio, no por eso es real.

15. Por eso otros dicen comúnmente que, en caso de duda, se debe presumir que el privilegio es personal. Esto sostienen la GLOSA DEL DECRETO y BÁRTOLO. Y lo mismo JASÓN, el cual, sin embargo, exceptúa la inmunidad o los privilegios obtenidos por vía de contrato. De una manera absoluta sostienen esa opinión DECIO, y otros más que cita BARBOSA. Esto sostuvo también MANUEL RODRÍGUEZ sin hacer ninguna distinción ni tratar de conciliar opiniones.

La razón en favor de esta opinión puede ser que los privilegios son de derecho restringido, y, por tanto, en caso de duda, para restringir la concesión más bien se ha de interpretar que son personales que no reales, pues el privilegio real, como es más durable, en igualdad de circunstancias es también mayor, como es evidente; luego en la duda se lo ha de restringir al personal.

16. Estas opiniones BARBOSA las concilia de la siguiente manera: que en caso de duda, al privilegio se lo tiene por personal cuando las palabras se refieren a la persona y no existen indicios de otra causa o intención principal —en este sentido tiene valor la segunda opinión—, pero que en la misma duda, si las palabras se dirigen directamente a la cosa, al privilegio se lo tiene por real, y que en este sentido tiene valor la primera opinión. Cita la GLOSA DE LA 1.ª CLEMENTINA y a NICOLÁS DE TUDESCHIS, pero ellos únicamente dan la doctrina que se ha enseñado antes sobre la manera de distinguir el privilegio personal y el real por las palabras.

inquiritur, vel certe dubitari non debet, an priuilegium, quod in cæteris est æquè dubium, & in hoc excedit, quòd verbá dirigantur ad rem, sit reale, vel si excedat, quia verba dirigũtur ad personam, sit personale. Nam de hoc nulla esse poterat ratio dubitandi. Imò tunc non videtur posse vocari priuilegium dubium, sed certò reale, vel certo personale iuxtá exigẽtiam verborum: nam signum datum de verbis certum est, & iuridicum, quando aliud ex coniecturis non constat, & consequenter quando alia sunt dubia. Quæstio ergo propria est, quando priuilegium est dubium omnibus pensatis, ita vt licet verba videantur dirigi ad personam, aliæ coniecturæ indicant, intentionem legislatoris principaliter respexisse ad rem ipsam, vel è contrario: ac deniqúe quando omnibus suprà dictis omni ex parte pensatis, res est vtrinque dubia. Tunc enim dici non potest, coniecturam verborum semper esse præferendam, quia nulla ratione hoc fundatur, cum possit esse in alijs æqualitas, vel excessus. Præsertim, quia illa coniectura verborũ non tam ex significatone propria illorum, quam ex ordine, vel tali coniunctione desumitur, quæ coniectura magis incerta est, & ideò dixit Panormitanus in dicto capite, *Mandata*, alias coniecturas ex causis, & materia priuilegij esse anteponendas.

17. Sic ergo intellectam quæstionẽ resoluendam esse censeo, duplici distinctione priuilegij præmissa. Vna est vulgaris de priuilegio, quod est purum beneficium, & quod est contra ius commune, aut tertij. Alia est satis etiam trita de duplici dubio negatiuo, in quo deficiunt rationes determinantes intellectum ad alterutram partem, & ideò suspensus manet; & positiuo, in quo sunt pro vtraque parte rationes probabiles, & sufficientes ad definitum assensum præstandum, licèt incertum. Primum genus dubij vix habet locum in proposito, quia semper interueniunt coniecturæ sufficientes ad ferendum aliquod iudicium, vt clare constat ex materia subiecta, & ex his, quæ diximus. Et licet fingatur casus, in quo tanta sit æqualitas inter rationes, & coniecturas vtriusque partis, vt intellectus dubitet quid verum sit, semper tamen potest iudicare vnum, & alterum esse probabile, quod satis est ad iudicium practicum de agendis.

Dico ergo in primis, in quocumq; ex his dubijs, siue negatiuum fingatur, siue positiuum, priuilegium fauorabile, seu quod est purum beneficium iudicandum esse reale per regulam iuris, *Decet conceßum à Principe beneficium eße manſurũ*; & per aliam regulam, quòd tale beneficium latam admittit interpretationem l. vltima. ff. de Constit. Princip. & ità docet Bald. in l. 3. ff. de Cõstit. Princip. lect. 1. num. 17. & idem sentit Bartholus in l. vltima. ff. de Serui. legat. numero quarto Cuius sententiam aliqui extendunt etiã ad casum, in quo verba clare dirigantur ad personam. Sed hoc nec verum est, cum repugnent omnia iura, nec ad mentem Bartholi cum ipse apertè loquatur in casu dubio, & addat semper, nisi ex verbis aliud constet, vt latè expedit, & confirmat Barbos. nu. 11. & 12. 1.8 *Bald. Barth.* *Barbos.*

Deinde dicẽdum est, Priuilegiũ odiosum, quod sit contra commune ius, vel cedat in aliorum præiudicium in dubio censendum esse personale, quia restrictè intelligendum, & ideo ita est interpretandum, vt potius temporale damnum inferat, quam perpetuum. Et hoc etiam docet Barthol. citato loco, & videtur esse sine controuersia. Quia verò, vt dixi, hoc dubium positiuum est, ideo oportet supponere vtramque partem dubij esse probabilem. Nam si vna sit probabilis, & altera improbabilis, illa prior non dubia, sed certa habenda est. In gradu ergo probabilitatis potest esse æqualitas, & tunc si præsumptio, quod priuilegium sit personale sit probabilior, à fortiori procedit simpliciter regula. Si tamen probabilius videatur esse reale, tunc certe priuilegiarius ipse potest in foro animæ illud retinere vt reale, & idem censeo, esse iudicandum in forensi iudicio: tum quia maior probabilitas est quædam moralis certitudo, si excessus probabilitatis certus sit: tũ etiã quia maior probabilitas suo modo confert maius ius, quod in sententia ferenda præferendũ est, quia in ea seruari debet distributiua iustitia, vt Diuus Thomas docuit secunda, secũdæ, quæstio. 63. articulo quarto, ad 1. *19. Priuilegiũ odiosum cõtra cõmune ius, vel in præiudiciũ aliorum cedens in dubio censendũ esse personale, si vtraq; pars dubij sit probabilis* *Barth.* *D. Thom.*

Hęc

A 14 alia sunt / *alia non sunt*

Ad vltimum denique exemplum respondetur, non esse inconueniens, vt sub principali veniat accessorium, quando finis, & ratio priuilegij illorum concomitantiam, seu concursum requirit. Et ita est in casibus ibi insinuatis. Et ita pro regula traditur, priuilegium eos cõprehendere, sine quibus inutile esset priuilegium ei, cui principaliter concedit ur. Ita Abbas.in cap. *Quam sit*, de Iudæis num.1.sic ergo dicendum est de priuilegio dicendi missam tempore interdicti: nam inutile esset, si non posset minister aliquis illo gaudere. Nec enim congrus est sacerdos habens tale priuilegium quærere ministrum, qui similẽ fauorem habeat, vt ab eo iuuari possit: hoc enim accidentarium est, & ab eo nõ pendet vtilitas prioris priuilegij, quod per se debet esse efficax. Neque tunc fit extensio priuilegij, sed rigorosa, & iuridica interpretatio: nam qui facultatem, vel potestatem aliquam concedit, omnia necessaria ad illi' vsum, quę ab ipso concedi possunt, intelligitur concedere, argumento textus in cap. *Præterea*, de Offic.deleg. Dubitari autem potest, an sit idem dicendum, quando non est tam necessaria cõnexio, sed ex quadam decentia, vel morali cõmoditate. Exemplum in praxi contigit in Sacerdote quodam, qui à Summo Pontifice priuilegium obtinuit recitandi matutinum paulo post meridiem, dubitatumque fuit, an priuilegium illud extenderetur ad socium, ita vt licèt ille etiam esset Sacerdos, aut beneficiatus, vel reilgiosus, satisfaceret suo muneri simul cum alio priuilegiato eadem hora recitando. Ibi enim erat maior dubitandi ratio, quia socius non est ita necessarius ad recitandum, sicut ad faciendum sacrum. Nihilominus tamen cuidam viro grauissimo, & Apostolico Nuncio visum est, priuilegium illud etiam ad socium extendi, & ita obseruatum est.

C.præterea

Posse recitari cũ priuilegiato horam qua ipse priuilegiatus.

A Potuit autem illa interpretatio fieri ab illo Illustrissimo viro, vel ex speciali authoritate, quam vt Apostolicus legatus ad hoc habere poterat, vel certè ex probabili, & iuridica coniectura mentis concedentis: qui priuilegium illud concessit ad iuuandam senectutem, & labores priuilegiati, parum autem vtile fuisset leuamen, nisi ex vi eiusdem priuilegij daretur facultas recitandi cũ socio, qui simul posset suæ obligationi satisfacere.

Accedit, quòd licet recitare priuatim cum socio, non sit absolutè necessarium, est tamen cõmuniter in Ecclesia B vsitatum, & magis conforme choro Ecclesiastico; ergo credibilius est priuilegium dari ad illum etiam recitandi modum. Deniq; fauet cap. *Licet*, de priuileg. in 6. vbi explicatur, priuilegium datum singulari personæ ad celebrandum, vel audiendum diuina tempore interdicti extẽdi ad familiares, & domesticos eius, vt cum illa possint audire diuina, vel ei assistere celebranti. Quæ nõ videtur ibi tradi vt nona cõcessio, sed vt legitima interpretatio prioris, fundata vel in quadã decentia, quia persona illa solet C esse illustris, vel grauis, & pro sui status cõditione solet familiares suos secũ ad diuina officia ducere, vel cum eis comitatus incedere: vel in morali quadam congruitate, quia patronus habẽs curã familiæ suæ non sui tantũ, sed etiam familiæ suæ curam gerere debet, & ideò mens Pontificis fuit, illi omnibus modis prouidere. Per hęc ergo de similib' priuilegijs iudicandũ est; cauendum tamẽ est, ne hæc extensio ad socios, vel familiares nimia facilitate, sed magna cõsideratione, & maturitate fiat, iuxta capacitatem, & exigentiam materiæ priuilegiorum. D Quędam enim sunt tam odiosa, & tã stricti iuris, vt extendenda nõ sint ad socios, nisi quatenus in tenore priuilegij expressè continentur. Et tale esse puto priuilegiũ ingrediendi monasteria monialium, & alia huiusmodi.

8.

C.Licet.

CAPVT XII

De communi, & ordinaria forma priuilegij.

EXplicato subiecto, seu materia priuilegij, dicendum sequitur de illi' forma, quæ in priuilegio se habet veluti 1.

D 4 reilgiosus / *religiosus*

B 12 nona / *nova*

Así piensa BARBOSA, y se deduce también de lo que enseña REBUFFE en la ley *Liberorum,* por la que se ha de explicar la ley *Iusta,* a saber, que muchas veces en el nombre de hijos entran los nietos por una interpretación benigna del derecho, pero que esto no es más que cuando por lo demás conste del derecho y de la intención del que los concede.

7. NO HAY INCONVENIENTE EN QUE EN LO PRINCIPAL ENTRE LO ACCESORIO CUANDO EL FIN Y LA RAZÓN DEL PRIVILEGIO REQUIERE QUE VAYAN JUNTOS.—PUEDE REZARSE CON EL PRIVILEGIADO A LA HORA DEL PRIVILEGIADO.—Por fin, al último caso se responde que no hay inconveniente en que en lo principal entre lo accesorio cuando el fin y la razón del privilegio requiere que vayan juntos o concurran, que es lo que sucede en los casos que allí se insinúan. Y así se da como regla que el privilegio abarca a aquellos sin los cuales el privilegio resultaría inútil para aquel a quien principalmente se concede. Esto enseña el ABAD.

Por consiguiente, esto se ha de decir del privilegio de celebrar misa en tiempo de entredicho, pues sería inútil si un ministro no pudiese disfrutar de él: en efecto, un sacerdote que tenga tal privilegio no se va a ver forzado a buscar un ministro que tenga un favor semejante para que pueda ayudarle, puesto que esto es accidental y de ello no depende la utilidad del primer privilegio, el cual de suyo debe ser eficaz.

Eso no es una ampliación del privilegio, sino una interpretación rigurosa y jurídica, pues quien concede una facultad o poder, se entiende que concede todo lo que él puede conceder que sea necesario para su uso, según el texto del cap. *Praeterea.*

Puede dudarse si se ha de decir lo mismo cuando la unión no es tan necesaria por sí misma sino sólo por cierta conveniencia apreciativa. Un caso práctico es el del sacerdote que ha obtenido del Sumo Pontífice el privilegio de rezar los maitines poco después del mediodía: se dudó si ese privilegio alcanzaba al compañero de suerte que, aunque también él fuese sacerdote, beneficiado o religioso, cumpliera con su cargo rezando a la misma hora con el privilegiado. Había en ese caso una razón mayor para dudar: que el compañero no es tan necesario para rezar como para celebrar misa.

A pesar de ello, a cierto varón gravísimo y nuncio apostólico le pareció que ese privilegio alcanzaba al compañero, y así se hizo. Esa interpretación pudo hacerla aquel ilustrísimo varón sea con una autoridad especial que como legado apostólico pudiese tener, sea al menos por una conjetura probable y jurídica sobre la intención del que había concedido el privilegio: éste lo concedió para aliviar la vejez y el trabajo del privilegiado; ahora bien, poco útil hubiese sido ese alivio si no se hubiese dado —en virtud del mismo privilegio— facultad para rezar con un compañero que al mismo tiempo pudiese cumplir con su obligación.

8. A esto se añade que aunque el rezar en particular con un compañero no es absolutamente necesario, pero es cosa usada comúnmente en la Iglesia y más conforme al coro eclesiástico; luego es más creíble que el privilegio se da también para esa forma de rezo.

Finalmente, a eso favorece el cap. *Licet* en el que se explica que el privilegio que se da a una persona en particular para celebrar u oír misa en tiempo de entredicho, alcanza a sus familiares y domésticos para que puedan oír misa con ella o ayudar al que la celebra: no parece que esa ley se dé allí como una nueva concesión sino como una interpretación legítima de una concesión anterior basada sea en cierta conveniencia —porque aquella persona suele ser ilustre o grave y en consonancia con su estado suele llevar consigo a sus familiares a los divinos oficios o andar acompañada de ellos—, sea en cierta congruencia moral porque el patrono que tiene el cargo de su familia debe cuidar no sólo de sí sino también de su familia, y, por tanto, la intención del Papa fue proveer a eso de todas las maneras.

Estas son, pues, las normas por las cuales se ha de juzgar de esos privilegios; pero se ha de cuidar de que esa ampliación a los acompañantes o familiares no se haga con demasiada facilidad sino con gran consideración y madurez según la capacidad y la exigencia de la materia de los privilegios, pues hay cosas tan odiosas y de un derecho tan estricto que no se deben ampliar a los acompañantes si no es en cuanto que expresamente se contienen en el tenor del privilegio: tal pienso que es el privilegio de entrar en los monasterios de monjas, y otros parecidos.

CAPITULO XII

FORMA COMÚN Y ORDINARIA DEL PRIVILEGIO

1. FORMA INTERNA Y EXTERNA DEL PRIVILEGIO.—Explicado ya el sujeto o materia del privilegio, vamos a hablar de su forma, la cual en el privilegio es como su causa formal. Y

veluti eius causa formalis. Et quoniam diximus, humanum priuilegiũ esse quandam legẽ humanam, ad illud debent cũ proportione applicari, quæ de legis humanæ forma suprà generatim dicta sũt: potest ergo hic etiam distingui forma interna, & externa. Sed circa priorẽ nõ immorabimur, quia si sumatur pro voluntate, seu consensu, & intentione concedentis, satis per se constat esse necessarium, quia consensus Principis, & mẽs eius maximè est de necessitate legis, sicut est de essentia omnis promissionis, donationis, & contractus humani, eademq; ratio est de priuilegio. Quomodo autem cognoscatur, vel inuestigetur mens concedentis ex verbis priuilegij, magna ex parte in præcedentibus capitulis declaratum est, & paulatim consũmabitur in sequentibus, præsertim infrà tractando de interpretatione priuilegij. Si vero interna forma priuilegij dicatur ratio concedendi priuilegium, illa coincidit cũ finali causa priuilegij, de qua dicemus inferius. Formam autẽ legis externam appellauimus signũ sensibile, & externum, quo voluntas legislatoris innotescit, & hoc signum pari ratione necessarium est in priuilegio, sicut est etiam necessarium in omni humana communicatione. In eodem verò signo duo distinximus, quæ in priuilegio etiã inueniuntur, scilicet, res sensibilis, quæ est signum, & ipsa ratio formalis signi: addidimus vero tertium, scilicet solemnitatem promulgationis, quæ in priuilegijs habet specialem difficultatem, & ideò infra specialiter tractabitur. Signum autem quoad eius materiam satis iam explicatum est, declarando essentiam priuilegij, vbi ostendimus, scripturam non esse simpliciter necessariam ad substantiam priuilegij, & consequenter sufficere quodlibet signum cuiuscumque conditionis, seu materiæ sit, dũmodo sufficienter declaret consensum Principis, saltem tacitũ, vt in priuilegio ex consuetudine magis declarauimus.

De forma interna, & externa priuilegij.

2. *Significatione verborũ esse maximè de substantia formæ priuilegij.*

De significatione autem ipsa certum est, illam maximè esse de substantia huius formæ, quatenus humana est, quia illa est, quæ in se continet suo modo voluntatem Principis, tanquam vnicum morale instrumentum eius (vt sic dicam) seu virtutis, & operationis illius, quia voluntas Principis non operatur nisi vt manifestata hominibus, manifestatur autem per verba, aut scripta, quatenus vim significandi habẽt, vt cõstat. Et ideò in priuilegijs sicut in alijs legibus, maximè attendendũ est ad propriã verborum significationẽ, & ad vsum illorum vel cõmunem, vel iuridicum. Ad hanc igitur verborum significationem pertinent variæ formulæ, & modi concedendi priuilegia, quę valde diuersam vim habent efficaciã, ideòq; illas attingere, & explicare operepretiũ erit. Possumus autem hanc formam distinguere in ordinariam, seu directam, & absolutã & in virtualem, indirectam, seu respectiuam. De hac ergo posteriori, quæ multiplex est, dicemus in capitibus sequentibus, hìc breuiter de priori dicemus, nõ nullas eius partes declarando.

Constat igitur, ex dictis, substantiam huius formę cõsistere in verbis, quæ sufficienter significãt concessionẽ alicuius gratię, aut spetialis iuris alicui factã pro se, vel pro rebus suis in perpetuũ, vel ad certũ tempus, vel indefinitè, iuxta dicta in præcedentibus capitibus. Ex quibus etiã constat ratio, & intelligentia huius descriptionis. Solũq; oportet aduertere licet dictũ sit, verba vocalia sufficere ad substantiã priuilegij: nihilominꝰ hìc pręcipuè esse sermonẽ de verbis scriptis, tũ quia sicut sunt moraliter necessaria inter homines ad stabilitatẽ, & durationẽ priuilegij, ita etiã sunt maximè vsitata, tũ etiã quia intelligentia priuilegij ex tenore verborũ eius maximè pendet, & ideò ille, maximè spectandus est, iuxta cap. *Porro*, cap. *Recepimus*. cũ similibus, de Priuileg. Hoc autem fieri cõmodè non potest, nisi scripta sint verba priuilegij, vt tam ex illorum proprietate, quam ex consecutione, ac collatione antecedentium cum consequentibus vera mens concedentis percipiatur.

3.

Tres partes in priuilegio considerandæ.

Tres ergo partes in priuilegio considerandæ sunt ad intelligendã substantiam formam eius, nimirũ, illam, quæ antecedit cõcessionẽ priuilegij, quæ solet esse petitio priuilegij seu exordiũ, quod illã indicare solet, quando præcessit, vel saltem rationem, causam, vel necessitatem priuilegij. Alia est concessio formalis priuilegij, per quã voluntas Principis explicatur. Tertia esse potest con-

B 10 spetialis / *specialis*

como hemos dicho que el privilegio humano es una ley humana, debe aplicarse a él también lo que arriba dijimos en general sobre la forma de la ley humana. Así que también aquí se puede distinguir la forma interna y la externa.

Acerca de la primera no nos detendremos, porque si se la toma por la voluntad o consentimiento e intención de quien concede el privilegio, es evidente que es necesario, pues el consentimiento y la intención del príncipe son lo más necesario para la ley —lo mismo que es esencial para toda promesa, donación y contrato humano—, y la razón es la misma para el privilegio.

Cuál es la manera de conocer o investigar por las palabras del privilegio la intención del que lo concede, en gran parte se ha explicado ya en los capítulos anteriores y se irá confirmando poco a poco en los siguientes, sobre todo al tratar de la interpretación del privilegio.

En cambio, si se llama forma interna del privilegio la razón para conceder el privilegio, esa forma coincide con la causa final del privilegio de que hablaremos después.

Forma externa de la ley llamamos antes al signo sensible y externo con que se manifiesta la voluntad del legislador. Este signo —por una razón igual— es necesario en el privilegio de la misma manera que es también necesario en toda comunicación humana.

Y en ese signo distinguimos entonces dos elementos que se dan también en el privilegio, a saber, la cosa sensible que es el signo y la razón formal del signo; pero añadimos un tercer elemento, a saber, la solemnidad de la promulgación: ésta, tratándose de los privilegios, reviste una dificultad especial, y por eso trataremos de ella después en particular.

El signo —en cuanto a su materia— se explicó ya suficientemente al explicar la esencia del privilegio: allí demostramos que el que se escriba no es sencillamente necesario para la sustancia del privilegio y que, consiguientemente, basta cualquier signo de cualquier clase o materia que sea con tal que manifieste suficientemente el consentimiento —al menos tácito— del príncipe, según hemos explicado más al tratar del privilegio obtenido por costumbre.

2. El significado de las palabras es lo más sustancial de la forma del privilegio.—Acerca del significado mismo, es cosa cierta que él es lo más sustancial de esta forma en cuanto que es humana, porque él es el que contiene en sí a su manera la voluntad del príncipe como único —llamémoslo así— instrumento suyo o de su virtud y operación, pues la voluntad del príncipe no obra si no es en cuanto que se manifiesta a los hombres; ahora bien, el modo como se manifiesta es de palabra o por escrito en cuanto que éstos tienen fuerza significativa, como es claro. Por eso tratándose de los privilegios —lo mismo que tratándose de otras leyes— ante todo hay que atender al significado propio de las palabras y a su uso común o jurídico.

Pues bien, a este significado de las palabras pertenecen las distintas fórmulas y maneras de conceder los privilegios, las cuales tienen fuerza muy distinta y por eso merece la pena tocarlas y explicarlas.

Y esta forma la podemos dividir en ordinaria o directa y absoluta, y en virtual, indirecta o relativa. Acerca de esta última —que es múltiple— hablaremos en los capítulos siguientes; aquí vamos a hablar brevemente de la primera explicando algunas de sus subdivisiones.

3. Tres partes del privilegio.—Por lo dicho consta que la sustancia de esta forma consiste en las palabras que significan suficientemente la concesión de alguna gracia o de algún derecho especial hecha a alguno para él o para sus cosas perpetuamente o para un tiempo determinado, según lo que se dijo en los capítulos anteriores.

Por lo dicho consta también la razón y el sentido de esta descripción.

Unicamente hay que advertir que aunque se ha dicho que para la sustancia del privilegio bastan las palabras orales, sin embargo, aquí se trata principalmente de las palabras escritas: lo primero, porque así como son moralmente necesarias entre los hombres para la estabilidad y duración del privilegio, así también son las más usuales; y lo segundo, porque el sentido del privilegio depende ante todo del tenor de sus palabras y, por tanto, a él hay que atender ante todo, según los cap. *Porro* y *Recepimus* y otros parecidos: ahora bien, esto no es fácil hacerlo si las palabras del privilegio no están escritas, de forma que tanto por su sentido propio como por la combinación y comparación de lo anterior con lo siguiente se capte la verdadera intención del que lo concede.

Pues bien, tres partes hay que considerar en el privilegio para entender su forma sustancial.

La primera es la que antecede a la concesión del privilegio, la cual suele ser la petición del privilegio o el exordio que —cuando va por delante— suele indicarla o al menos indicar la razón, la causa o la necesidad del privilegio.

La segunda es la concesión formal del privilegio por la cual se manifiesta la voluntad del príncipe.

sequens cōcessionem, & illam limitans, extendens, aut declarans. Ex quibus secunda videtur per se spectare ad substātialem formam, quia est ipsa intimatio voluntatis legislatoris, seu priuilegiatoris. Tamen quia talis solet esse concessio qualis est petitio, & subsequētia verba sæpe declarant antecedentia, etiam quoad substantialem eorū significationem, ideò omnes istæ partes attentè spectandæ sunt, & ideo circa vnamquamq; illarum aliquid adnotabimus, vt inde facile possint cætera colligi.

4. *De duplici modo quo solet concedi priuilegium.*

Circa primam igitur partem aduertere oportet, dupliciter solere priuilegium concedi, vno modo ad petitionē, & instantiam alicuius, alio modo ex mero Principis arbitrio, seu voluntate, ac liberalitate. Qui duo modi priuilegiorū fere ab omnibus admittuntur: licet quidam negare videantur, priuilegia concedi ad instantiam partis, nā hoc est proprium dispensationis. Sic sentit Emman. Roder. in Quęstionibus Regular. tom. 2. q. 46. ar. 2. dum in hoc differentiam cōstituit inter priuilegiū, & dispensationē, quòd priuilegium ad nutum Principis, dispensatio verò nō nisi ad instantiā partis cōceditur, quia cū contineat iuris relaxationem, non decet à principe fieri, nisi parte supplicante. Sed hæc ratio æque procedit de priuilegio rigoroso, quod iuris cōmunis derogationem, seu relaxationem continet: in illo ergo etiam interuenire debet instātia partis. In altero vero priuilegio, quod est purū beneficium, licet tam necessaria nō sit; interuenire tamen potest, quia nihil repugnat, imò frequenter ita fit, vt ex vsu constat. Et è conuerso etiā prius priuilegiū concedi potest sine instātia partis, imò, & dispensatio potest ita concedi, vt suprà dixi, si ergo superior videat expedire, & subditus sit remissus, vel scrupulosus in petēdo tali priuilegio, potest illud sua sponte offerre, quia nulla in hoc est inordinatio, imò potest esse actus charitatis, & iustitiæ legalis, vel distributiuę. Certum ergo est, illos duos modos priuilegiorū esse possibiles, & vsitatos, multūq; referre, illos distinguere ad vim, & efficaciā priuilegij intelligēdā.

Emmanu. Roder.

Secūdo igitur obseruandū est, hos duos modos priuilegiorū ex forma cōcessionis per hanc generalē regulā esse distinguendos. Quoties in ipso priuilegio expressè non dicitur concedi *Motu proprio*, concedentis, intelligi cōcessum ad alicuius instantiam. Probatur, quia tūc solū censenda est gratia Motu proprio facta. quando ita in priuilegio exprimitur: ergo è conuerso quoties non exprimitur, intelligitur facta ad petitionem alicuius. Antecedens habetur in cap. *Si motu proprio*, de Præben. in 6. Rationem reddunt Iuristæ, quia motus proprius includit negationē instantiæ, seu petitionis alicuius, quę difficilimā habet probationē, & ideo necesse est, vt modus cōcedendi motu proprio expressis verbis declaretur, & probetur. Ita significat Glossa in dictò. c. *Si motu proprio*, & latius explicat cū alijs, quos refert Staphi. de Gratijs, & expect. & c. 6. *Subsequente*. n. 17. Et inde facile probatur consequentia, quia non datur medium, quidquid enim proprio motu non fit, necesse est, fieri ad petitionem alicuius. Sed contra hanc rationē, & probationem obijci potest, quia nec consecutio illa immediata est, nec partitio videtur esse adæquata, quia fieri potest, vt vtroq; simul titulo priuilegiū cōcedatur; non enim repugnat aliquid facere proprio arbitrio, ac liberalitate, etiā si alicuius petitio, & quasi excitatio præcesserit: imò fortasse non repugnat ex vtroq; motiuo simul operari. Sicut enī potest quis benè operari, & vt Deo placeat, & vt propriā beatitudinē consequatur, ita etiam potest Princeps priuilegiū cōcedere, & quia sibi placet, ex suaq; mera liberalitate, & vt alij petēti morē gerat. Denique in ipsis rescriptis priuilegiorū sępe videmus, prēmissa petitione priuilegij, postea nihilominus cōcedi proprio motu; cōstat autē ex d. cap. *Sēper censeri priuilegiū motu proprio concessū*, quādo hoc in ipso exprimitur, ergo etiā si sit ad petitionē partis erit etiā motu proprio: nā in illo textu, generaliter ita dicit, & veritas verborū Principis dicentis, se motu proprio id facere, requirit, vt ita sit, etiā si petitio præcesserit. Ergo falsū est, quod in prædicta ratione sumebatur, motū propriū includere negationem petitionis, cum possit esse simul cum illa. Vnde Rebuff. in Concordat. tit. *Forma mandati*, verbo *Motu Proprio*, dicit, hanc clausulam operari suos effectus, etiam si concessio

C. Si motu. Glossa. Staphil.

Rebuff.

La tercera puede ser la que sigue a la concesión y que la limita, la amplía o la explica.

De estas tres partes, la segunda parece pertenecer de suyo a la forma sustancial, ya que es la intimación misma de la voluntad del legislador o del que concede el privilegio.

Sin embargo, como la concesión suele corresponder a la petición y las palabras que siguen muchas veces explican las precedentes incluso en cuanto a su significado sustancial, hay que considerar con atención todas esas partes, y por eso vamos a hacer alguna observación acerca de cada una de ellas a fin de que con eso pueda deducirse fácilmente lo restante.

4. Dos maneras como suele concederse el privilegio.—Acerca de la primera parte conviene advertir que dos son las maneras como suele concederse el privilegio: una, a petición e instancia de alguno; otra, a mero arbitrio o voluntad y por liberalidad del príncipe. Estas dos formas de concesión de los privilegios las admiten casi todos; por más que algunos parecen negar que los privilegios se concedan a instancia de la parte interesada por ser esto propio de la dispensa.

Así piensa Manuel Rodríguez, el cual la diferencia entre el privilegio y la dispensa la pone en que el privilegio se concede por iniciativa del príncipe, y, en cambio, la dispensa únicamente a instancia de la parte, pues conteniendo la dispensa una relajación del derecho, no está bien que el príncipe la realice si no es a petición de la parte.

Pero esta razón vale lo mismo para el privilegio riguroso, el cual contiene una derogación o relajación del derecho común: por consiguiente, también para él debe intervenir la instancia de la parte; y en el otro privilegio que es puro beneficio, aunque no sea tan necesaria, sin embargo, puede intervenir, ya que ello no es imposible, más aún, con frecuencia se hace así, como consta por el uso.

Y al revés, también el primer privilegio puede concederse sin instancia de la parte; más aún, también la dispensa puede concederse así, según he dicho antes; por consiguiente, si el superior ve que conviene, y el súbdito, por flojera o por escrúpulo, no pide tal privilegio, puede el superior ofrecerlo espontáneamente, ya que en esto no hay ningún desorden; más aún, puede ello ser un acto de caridad y de justicia legal o distributiva.

Por consiguiente, es cosa cierta que esas dos formas de concesión de los privilegios son posibles y usuales y que importa mucho distinguirlas para comprender la fuerza y eficacia del privilegio.

5. Se debe observar —en segundo lugar— que esas dos clases de privilegios basadas en la forma de la concesión, se han de distinguir con la siguiente regla general: Cuando en el mismo privilegio no se dice expresamente que se conceda *por propia iniciativa,* se entiende que se ha concedido a instancia de alguno.

Prueba: Unicamente se entiende que la gracia se concede por propia iniciativa cuando eso se dice expresamente en el privilegio; luego al revés, cuando no se dice eso expresamente, se entiende que se ha concedido a petición de alguno.

El antecedente está en el cap. *Si motu proprio.* La razón la dan los juristas: que el *Motu proprio* incluye negación de instancia o de petición de alguno, negación dificilísima de probar, y por eso es necesario que ese modo de conceder por propia iniciativa se manifieste y pruebe con palabras expresas. Así lo da a entender la Glosa del dicho cap. *Si motu proprio,* y más ampliamente lo explica —con otros que cita— Staphileo.

Con esto resulta fácil probar la consecuencia: No queda término medio, pues lo que no se hace por propia iniciativa, es preciso que se haga a petición de alguno.

Pero en contra de esta razón y prueba puede objetarse que ni esa deducción es inmediata ni la división parece completa, pues puede suceder que el privilegio se conceda a la vez por ambos títulos, ya que no es imposible hacer algo por voluntad y liberalidad propia aunque previamente alguno lo haya pedido o haya movido a ello; más aún, tal vez no es imposible obrar por ambos motivos a la vez, pues, así como uno puede obrar bien para agradar a Dios y para conseguir la propia felicidad, así también el príncipe puede conceder el privilegio porque a él le gusta y por pura liberalidad suya y por condescender con la petición de otro.

Por último, en los rescriptos mismos de los privilegios vemos muchas veces que, habiéndose pedido previamente el privilegio, después se concede por propio impulso; ahora bien, por el dicho capítulo consta que siempre se juzga que el privilegio se ha concedido por propia iniciativa cuando esto se dice en él expresamente; luego aunque se conceda a petición de la parte, se concederá también por propia iniciativa, puesto que en aquel texto se dice eso en general, y la verdad de las palabras del príncipe que dice que lo hace por propia iniciativa requiere que sea así aunque haya habido una petición previa. Luego es falso lo que se afirmaba en la razón, a saber, que el *Motu proprio* incluye negación de petición, pudiendo como pueden coexistir ambas cosas.

Por eso Rebuffe dice que esa fórmula pro-

sio emanauerit ad petitionem alicuius. Et in Pract. 1. p. tit. de Clausul. mandat. n. 21. dicit; Papam concedere Motu proprio, etiam si impetrans petijt, quando non fuit Motus sola petitione. Quam sententiā refert ex Bald. Parisio, & Decio, & eandē tradit Deci. c. 2. de Rescrip. n. 5.

Decius.

6. Dicendum vero est in vtrūq; esse verum in diuerso sensu. Nam in primis in vniuersum, & sine exceptione verum est, quoties Princeps ex Motu proprio, vel propria sponte aliquod priuilegiū se cōcedere dicit, illud nō ita concedi ad instantiam alicuius, vt eius petitio sit adæquata causa finalis, vel ratiō concedēdi priuilegium, ita vt sine illa non daretur; sed potius ita concedi ex libertate Principis, vt etiam sine petitione illud esset cōcessurus, vt rectè tradidit Bald. in cap. *Nisi* de Offic. deleg. & probat ratio facta. Quia si Princeps dicit, se Motu proprio aliquid concedere, necesse est, vt in aliquo vero sensu ita sit, non potest autem esse verū, nisi vel petitio nō præcedat, vel saltem non ita præcedat, vt ab illa pendeat concessio priuilegij, quia aliàs non moueretur Princeps ex se, & quasi ab intrinseco motiuo, quod esset contra veritatem verborum eius; ergo vt verè dicatur cōcessio facta *Motu proprio*, necesse est, vt excludat petitionem vel omnino, vel saltem vt principalem causam, à qua pendens fuerit cōcessio. Vtroq; autē modo sumpta illa negatio habet difficillimam probationem directam, & in se (vt sic dicam) & ideò merito postulatur expressio illius clausulæ vt concessio spōtanea, & Motu proprio esse censeatur. Et ita rectè procedit ratio suprà adducta. Nā si ipse Princeps affirmet, se Motu proprio aliquid facere, per illam affirmationē optime probat altera negatio in alterutro sensu ex dictis: si autem Princeps non declaret, se Motu proprio dare priuilegium non poterit id probari, nisi probando negationem dictam in vtroque sensu explicato, quod moraliter impossibile est.

Bald.

7. Vnde etiam fit, vt si in tenore priuilegij præcedat petitio, & postea nō sequatur clausula Motus proprij, statim censeatur esse ad instantiam partis, tū propter dictum cap. *Si Motu*, tum quia nulla est ratio ad præsumendum aliud. Imò licet contingeret, in priuilegio non præcedere petitionē, sed tantū narrationē causarū, & rationū, quæ mouerunt Principem, & postea etiā non subsequi clausulam *Motu proprio*, semper priuilegium censetur, & ad instantiam alicuius concessum; tum quia absoluta regula textus in dicto cap. *Si Motu proprio*, hoc requirit, tum etiam quia ratio adducta ad idem induci potest, quia nemo præsumitur vltro seu mere liberaliter, & sine vllius petitionis intuitu aliquid dare, nisi vel expressè id affirmet, vel probatur. At probari non potest, vt dictum est; ergo si non exprimitur, non præsumitur. Vnde tandem concluditur; partitionem esse adæquatam, & per immediatam cōtradictionem, quia vel in priuilegio dicitur, dari Motu proprio, & tunc semper est tale, siuè petitio antecedat, siue non, vel non ponitur illa clausula, & ita semper est ad instantiam partis. Possent autem non male subdistingui singula ex illis membris iuxta proximè dicta, quæ statim amplius explicabimus.

C. si Motu

Est enim aduertendum, magnum esse discrimen inter illas duas formas concedendi priuilegia; nam clausula, *Motu proprio*, plures habet effectus, quibus caret priuiligium sine illa concessum. De quibus effectibus videri potest latè Rebuff. supra in forma mandati. Et Staphileus suprà, & Antoni. Gabri. lib. 6. Communium opini. tit. de clausul. cond. 2. Tres vero differentiæ sunt præcipuę, & nobis notandę. Vna est, quòd priuilegiū ad instantiam petentis concessum, non est tam voluntarium, & liberale, sicut quod Motu proprio conceditur, quia hoc est magis ab intrinseco, & ita magis ex propria liberalitate. Et idò cęteris paribus priuilegium Motu proprio concessum maius censetur beneficium. Vnde etiam fit, vt clausula, *Motu proprio*, amplier priuilegium, quantum proprietas verborum patiatur, quod secus est, quādo in priuilegio illa clausula deest: quia vbi gratia per solā instantiam petentis conceditur, præsumitur minus voluntaria, vel etiam per importunitatē extorta, vt est communis sententia Iuristarum, quos latè refert Anton. Gabriel. suprà num. 61. & 72. Rebuff. in quarto effectu. Staphileus, numero 29. qui varijs modis limitant, & ampliant hunc effectum.

8. Notandū.

Rebuff. Staphil. Ant. Gabr.

Anton. Gabri. Rebuff. Staphil.

A 12 probatur / *probetur*
C 1 priviligium / *privilegium*
C 12 ido / *ideo*

duce sus efectos aunque la concesión tenga su origen en la petición de alguno, y que el Papa concede el privilegio por propia iniciativa —aunque el que lo obtiene lo haya pedido— cuando no es sola la petición la que le ha movido. Esta opinión la toma —citándolos— de BALDO, PARISIO y DECIO.

6. Lo que hay que decir es que ambas cosas son verdad aunque en distinto sentido.

En primer lugar, en general y sin excepción es verdad que cuando el príncipe dice que concede un privilegio por propia iniciativa o espontáneamente, ese privilegio no se concede a instancia de alguien de forma que su petición sea la causa final o la razón completa para conceder el privilegio de suerte que sin ella no se concedería, sino más bien que lo concede libremente el príncipe de forma que aun sin la petición lo concedería. Así lo enseña muy bien BALDO y así lo prueba la razón aducida.

En efecto, si el príncipe dice que él concede algo, necesariamente eso es así en algún sentido verdadero; ahora bien, eso no puede ser verdad a no ser que, o no haya habido petición previa, o no la haya habido de forma que la concesión del privilegio dependa de ella: en otro caso el príncipe no se movería por sí mismo y —como quien dice— por un motivo intrínseco, lo cual sería contrario a la verdad de sus palabras. Luego para que pueda decirse con verdad que la concesión se ha hecho por propia iniciativa, es preciso que excluya la petición, o en absoluto, o al menos como causa principal de la que haya dependido la concesión.

Pues bien, aquella negación, en cualquiera de los dos sentidos en que se la tome, es dificilísimo probarla directamente y —como quien dice— en sí misma, y por eso con razón se exige la expresión de esa fórmula para que se juzgue que la concesión es espontánea y por propia iniciativa.

De esta forma es valedera la razón que se ha aducido antes: si el príncipe mismo afirma que hace algo por propia iniciativa, con esa afirmación se prueba muy bien la otra negación en uno de los dos sentidos que se han dicho; en cambio, si el príncipe no manifiesta que da el privilegio por propia iniciativa, eso no podrá probarse más que probando la negación en los dos sentidos que se han explicado, cosa moralmente imposible.

7. De esto se sigue también que si en el texto del privilegio primero va la petición y después no sigue la fórmula *Motu proprio,* sin más se juzga que es a instancia de la parte; esto es así tanto por el dicho cap. *Si motu* como porque no hay ninguna razón para presumir otra cosa.

Más todavía, aun en el caso de que en el privilegio no fuese por delante la petición sino sólo la exposición de las causas y razones que han movido al príncipe, y después no siguiera la fórmula *Motu proprio,* siempre se juzga que el privilegio se ha concedido a instancia de alguno: lo primero, porque la regla absoluta del texto en el dicho cap. *Motu proprio* exige esto, y lo segundo, porque la razón aducida puede aducirse también para esto, puesto que de nadie se presume que dé algo espontáneamente o por pura generosidad y sin atender a la petición de nadie si no lo afirma expresamente o si no se prueba. Ahora bien, eso no puede probarse; luego si no se dice expresamente, no se presume.

De esto se deduce —finalmente— que la división es completa y por contradicción inmediata, puesto que, o en el privilegio se dice que se da por propia iniciativa —y entonces es así preceda o no preceda petición—, o no se pone esa fórmula y así siempre es a instancia de la parte.

Fácilmente podrían hacerse subdistinciones en cada una de las partes conforme a lo que acaba de decirse; pronto explicaremos más esto.

8. OBSERVACIÓN.—Porque hay que advertir que hay gran diferencia entre esas dos formas de conceder los privilegios, pues la fórmula *Motu proprio* produce bastantes efectos que no produce el privilegio que se concede sin ella.

Acerca de esos efectos pueden verse REBUFFE, STAPHILEO y ANTONIO GABRIELI. Pero tres son las diferencias principales y que nosotros debemos notar.

Una es que el privilegio concedido a petición de alguno no es tan voluntario y liberal como el que se concede por propia iniciativa, porque éste nace más de dentro y así más por propia generosidad. Por eso, en igualdad de circunstancias, al privilegio concedido por propia iniciativa se lo tiene por un beneficio mayor.

De esto se sigue también que la fórmula *Motu proprio* amplía el privilegio todo lo que consiente el sentido propio de las palabras; esto no es así cuando en el privilegio falta esta fórmula, pues cuando el favor se concede únicamente a petición de alguno, se presume que es menos voluntario o también que se ha arrancado importunando. Tal es la opinión de los juristas —a los cuales cita largamente ANTONIO GABRIELI—, de REBUFFE y de STAPHILEO, que de distintas maneras limitan y amplían este efecto.

9. Aliud discrimen est, quòd priuilegiũ Motu proprio concessum nõ retorquetur vnquam contra eum, cui cõceditur, sicut interdum solet retorqueri priuilegium per propriam petitionẽ obtentũ, vt notauit Rebuff. suprà. §. *Vigesimũ septimũ*. Et idem voluit Anton. Gabri. nu. 66. qui pro regula ponit, quòd stante Motu proprio non habet locum titulus, *Quodquisq; iuris in alterum statuerit, vt ipse eodẽ iure vtatur*. Quod significauit etiam Bart. in l. 1. ff. de Constit. Princip. nu. 2. Et ratio sumit ex ipsismet verbis tituli prędicti. Nam cum priuilegium datur Motu proprio concedentis, non potest dici ortũ ab ipsomet priuilegiario, & ideò nõ debet in illũ retorqueri; at verò quãdo est obtentum adpetitionẽ eius, ipse meritò censetur statuisse sibi tale ius, vt habetur ex lege. 3. ff. Quodquisq; iuris, &c. Ex hac autem ratione colligere possumus, quando priuilegium est ad instantiã petentis multum referre; an fuerit ad instantiam eiusdem, in cuius gratiam cõcessum est, vel alterius. Nam in priori casu ipse priuilegiarius est propria causa sui priuilegij, & quodammodo volũtate sua ius illud statuit, actiuè ad illud operando, in altero autem casu magis se habet passiuè, & ideò minus illi imputatur, ideoq; non ita facile debet in illũ retorqueri, vel minus debet cogi advtẽdum tali priuilegio, quando illud minus sibi vtile esse experitur. Multũ etiam interest considerare personã petentis priuilegiũ, vt an sit priuata persona, vel cõmunitas, & similia: nam inde multum sæpe pendet qualitas, & modus priuilegij, vt sensit Bald. in cap. 1. de His qui feud. dar. pos. §. *Marchio*. num. 4.

Rebuff. Anto. Gabri.

Barth.

Priuilegiũ Motu proprio cõcessũ nõ retorqueri vnquam cõntra eũ cui cõceditur: sicut solet interdũ, qd̃ est concessũ per propriam petitionem.

Bald.

10. Vltima differentia, & nobis magis vtilis est, quod priuilegium per subreptionem impetratum ad puram instantiam petentis, non valet, secus verò esse censetur, si motu proprio cõcedatur. Prior pars cõmunis est, sumiturq; ex cap. 2. de Rescrip. vbi dicitur, in huiusmodi rescriptis, vel poni, vel subintelligi semper clausulam, *Si preces veritate nitantur*, vbi Panorm. aduertit, hoc habere locum, etiã in priuilegijs, quæ ad instantiam petentis conceduntur, & in cap. *Super literis*, eodem, docet, quomodo surreptio in obtinendis priuilegijs, tam per falsitatis expressionem, quã per veritatis taciturnitatem, sit contraria valori, & substantiæ priuilegij, quæ est cõmunis doctrina, & ex illo textu colligitur. Maximè verò habet locum in priuilegijs, quæ ad aliquorum preces impetrantur, de quibus eadem fere ratio est, quæ de dispensationibus, de quibus supra diximus.

Priuilegiũ per surreptionem impetratũ ad puram instantiã petentis, non valere secus si Motu proprio cõcedatur. Panormit.

11. Altera vero pars, quòd, nimirum hęc regula nõ procedat in priuilegio Motu proprio, videtur ex eo sumi, quòd clausula Motus proprij tollit surreptionẽ vt est cõmunis doctrina, quam tradunt Panormit. cap. *Ad aures*, de Rescrip. n. 5. & cap. *Dilectus*. de Præbend. n. 9. Felin. in cap. *Cæterum*, de Rescrip. n. 9. & in cap. *Ad aures*, n. 6. & sequentib. & Rebuff. Staphi. & Anto. Gabri. supra, qui plures alios referunt. Qui omnes allegant dictum cap. *Si motu proprio*, de Præbend. in 6. & Clemẽ. *Si Romanus*, de Præbend. contrarium vero sentit Deci. in c. 2. de Rescrip. n. 5. Dicit enim, licet concessio fiat Motu proprio sub intelligi clausulam, *Si preces veritate nitantur*, & inde consequitur, non excludi surreptionem. Et allegat Cardin. cons. 90. Alij vero distinguunt de surreptione per veritatis taciturnitatem, vel per falsitatis expressionem, & de priori fatentur tolli per clausulã, *Motu proprio*, vt probant prædicta iura, de posteriori autem negant, etiam si concessio fiat Motu proprio: nã dicta iura in tali casu nõ loquuntur. Ita sentit Cardin. cons. 98. vt refert, & sequitur Felin. d. c. *Ad aures* n. 6. cum Panorm. in c. *Quia circa*, de Cõsanguinit. & Affinit. & idẽ tenet Rosel. verb. *Rescriptum*, n. 9. Tabien. q. 5. n. 4. Armill nu. 4. Ratio autem assignatur, quia falsitas causat errorem in mente Principis, & cõsequenter addit gratiã inuolũtariã; Motus autẽ proprius nõ potest supplere defectũ consensus, seu voluntatis, quia eo ipso, quod deest voluntas, deest in re ipsa Motus proprius, etiam si verbis propter ignorantiã proferatur. Quę ratio nõ habet locũ in taciturnitate veritatis, quia tunc nõ constat de informatione Principis qualis fuerit, & ideo non potest dici gratia contra mentem, aut voluntatem Principis, ideòque simpliciter creditur verbis eius.

Panormit. Felin. Rebuff. Staph. Anton. Gabri. C. Si Motu. Decius, Cardin. Felin. Panormit. Rosel. Tabien.

12. Sed obijci potest, quia in concessione ex motu proprio Princeps nõ mouetur ex petitione alteri", imò ita id facit sua voluntate, vt non minus esset factu-

Obiectio.

rus,

9. EL PRIVILEGIO CONCEDIDO POR PROPIA INICIATIVA JAMÁS SE VUELVE CONTRA AQUEL A QUIEN SE CONCEDE COMO SUELE VOLVERSE A VECES EL CONCEDIDO A PETICIÓN PROPIA.— Otra diferencia es —como observó REBUFFE— que el privilegio concedido por propia iniciativa jamás se vuelve contra aquel a quien se concede como suele a veces volverse el privilegio obtenido a petición propia.

Lo mismo enseñó ANTONIO GABRIELI, el cual establece la regla de que, tratándose de un *Motu proprio,* no es aplicable el título *El derecho que uno ha establecido para otro, él mismo use de él.* Esto dio a entender también BÁRTOLO.

Y la razón está en las mismas palabras de ese título, puesto que cuando el privilegio se da por propia iniciativa del que lo concede, no puede decirse que haya tenido su origen en el mismo privilegiado, y, por tanto, no puede volverse contra él; en cambio, cuando ha sido obtenido a petición suya, con razón se juzga que él ha establecido para sí ese derecho, según se dice en el DIGESTO.

De esta razón podemos deducir que cuando el privilegio se da a instancia de alguno, importa mucho saber si es a instancia del mismo en cuyo favor se ha concedido o de otro: en el primer caso, el mismo privilegiado es la verdadera causa de su privilegio y en cierto modo él es el que establece ese derecho con su voluntad obrando activamente para establecerlo; en el segundo caso, más bien tiene un papel pasivo y, por tanto, se le imputa menos, y así no debe volverse tan fácilmente contra él o no debe ser tan forzado a usar de tal privilegio cuando vea que no le es tan útil.

También importa mucho examinar qué persona es la que pide el privilegio, por ejemplo, si es una persona particular o una comunidad, y cosas así, pues mucho depende de eso la calidad y clase del privilegio, como pensó BALDO.

10. EL PRIVILEGIO OBTENIDO SUBREPTICIAMENTE SÓLO A INSTANCIA DEL SOLICITANTE, NO ES VÁLIDO; NO ASÍ SI SE CONCEDE POR PROPIA INICIATIVA.—La última diferencia y más útil para nosotros es que el privilegio obtenido subrepticiamente sólo a instancia del solicitante, no es válido; no así si se concede por propia iniciativa.

La primera parte es común y está en el cap. 2.° *de Rescript.* en el que se dice que en tales rescriptos siempre se pone o se sobreentiende la fórmula *Si las preces se apoyan en la verdad.* NICOLÁS DE TUDESCHIS en su comentario advierte que esto es también aplicable a los privilegios que se conceden a instancia del solicitante; y en el cap. *Super litteris* enseña cómo la subrepción en la obtención de los privilegios —tanto diciendo mentira como callando la verdad— es contraria a la validez y a la sustancia del privilegio: esta es la doctrina común y la que se deduce de este texto. Pero eso es aplicable sobre todo a los privilegios que se obtienen a petición de alguno: la razón para éstos es —poco más o menos— la misma que para las dispensas de que hablamos antes.

11. La segunda parte —a saber, que esa regla no valga para el privilegio concedido por propia iniciativa— parece deducirse de que la fórmula *Motu proprio* elimina toda subrepción.

Esta es la doctrina común que enseñan NICOLÁS DE TUDESCHIS, FELINO, REBUFFE, STAPHILEO y ANTONIO GABRIELI, los cuales citan a otros más, y todos aducen el cap. *Si motu proprio* y la CLEMENTINA *Si romanus.*

Lo contrario piensa DECIO: Dice que aunque la concesión se haga por propia iniciativa, se sobreentiende la fórmula *Si las preces se basan en la verdad,* y que de ahí se sigue que no queda excluida la subrepción; y aduce a ENRIQUE DE SEGUSIO.

Otros distinguen entre subrepción callando la verdad y subrepción diciendo mentira: de la primera reconocen que queda eliminada por la fórmula *Motu proprio,* como prueban los textos que se han citado; en cambio, de la segunda lo niegan aunque la concesión se haga *Motu proprio,* ya que esos textos no hablan de tal caso. Así piensa ENRIQUE DE SEGUSIO, a quien cita y sigue FELINO con NICOLÁS DE TUDESCHIS, y lo mismo sostienen ROSELLI, TABIENO y ARMILLA.

Se señala como razón que la falsedad es causa de error en la mente del príncipe y, consiguientemente, el favor que éste hace es involuntario; ahora bien, la propia iniciativa no puede suplir la falta de consentimiento o voluntad, pues por el mismo hecho de faltar la voluntad, en realidad falta la propia iniciativa aunque por ignorancia se diga que se tiene. Esta razón no cabe en el caso de silenciamiento de la verdad, porque entonces no consta qué información ha tenido el príncipe, y, por tanto, no puede decirse que el favor sea contrario a la intención o voluntad del príncipe, y así se cree sencillamente a sus palabras.

12. OBJECIÓN.—Puede objetarse que en la concesión por propia iniciativa el príncipe no se mueve por la petición de otro; más aún, la concesión la hace tan por su propia voluntad,

rus, etiamsi nulla petitio processisset; ergo etiam si falsitas præcesserit, est impertinens, nec ex illa colligi potest defectus voluntatis in concedente. Respõdet, quòd licèt preces, vt preces nõ moueant Principem operantem ex motu proprio, nihilominus mouent, vt continent informationem, & proponunt causas, vel rationes, vel qualitates, & materiam talis gratiæ, & ex hac parte per falsam informationem tollitur obiectũ proprium consensus, & ita causatur inuoluntarium. Sed contra, nam eodem modo distinguí poterit in taciturnitate veritatis: nam si præcedant preces cum informatione non falsa, sed diminuta, licèt non moueant vt preces, mouebunt vt informatio, & propositio obiectir, in qua intercedit ignorantia negatiua, quæ causat non voluntarium, si taciturnitas sit in re substantiali, & quæ voluntatem Principis longe aliter moueret; ergo intercedit eadem ratio. Accedit, quod si circunstantia sit leuis, & quæ non mutaret animum Principis, nõ solum purgatur per dictam clausulam, quando per taciturnitatem peccatur, sed etiam quando per falsitatem, vt fatetur suprà Felin. cum Anchar. consil. 132. ergo nulla est differentia.

Felin. *Anchar.*

13. Pro responsione aduerto, aliud esse, quod clausula *Motus proprij*, excludat subreptionẽ, aliud quòd faciat valere gratiam, nam potest operari primum sine secundo, vt notauit Glossa in Clem. *Si Romanus*, de Præben. verb. *Validam*, & ex illa Panorm. in cap. *Causam quæ*. 2. de Testib. n. 4. & ibidem Felin. n. 7. & Cardin. cons. 37. & ratio est, quia licet tollatur surreptio, potest gratia esse nulla ex defectu consensus, & intentionis Principis, vel ob alios defectus, vt statim etiã dicemus. Auctores ergo citati primo loco solum dicunt, dictam clausulã tollere surreptionẽ, alij verò de valore priuilegij loquuntur, de quo alia est ratio.

Glossa. *Panorm.* *Cardin.* *Felin.*

Dico primo. Vt priuilegij concessio licitè fiat, necessariam esse honestam, & proportionatam causã, quæ Principem ad illam facẽdã inducat, Prouo primo ex generali ratione actus humani, quia vt sit honest' debet fieri ex causa rationabili aliàs prudenter non fiet, & consequenter neq; honestè. Deinde, vel priuilegium est contra ius cõmune, vel tantũ vltra. In priori, vt seruetur iustitia legalis, & distributiua, est necessaria iusta causa, vt cõstat à simili ex dictis lib. 6. de dispensatione legis. In posteriori autem priuilegio nõ est tanta inordinatio si absq; causa concedatur, quia plus habet de gratia, quã de iustitia: nihilominus tamen vt non sit actus prodigalitatis, sed prudentis liberalitatis, non nulla causa proportionata necessaria est. Præsertim quia priuilegia aliter cõcessa multiplicantur nimis, & contẽnuntur & in alijs generant inuidiam, & perturbant pacẽ, quia nõ fiunt sine aliqua personarum acceptione, & improportione inter membra eiusdem corporis politici; ergo in omni priuilegiorum genere est aliqua causa necessaria.

3. Secundo vero dicendum est, hanc causã non esse ita necessariã, vt defectus illius reddat priuilegiũ irritũ, si ex parte petentis non interueniat deceptio, aut iniqua occultatio, quia tunc priuilegiũ erit nullũ, non tã ex defectu causæ, quã ex defectu voluntatis cõcedentis. Prior pars est certa in priuilegijs, quæ sunt pura beneficia sine derogatione, aut repugnantia iuris cõmunis, quia si causa deficiat, non fit propria iniuria, sed ad summũ est nimia quædam elargitio, quæ facta tenet, licèt minus prudenter fiat. In priuilegijs autem contrarijs iuri cõmuni habet nonnullam dubitationem, quia multi putant, dispensationem legis humanæ sine causa datam non solũ esse iniquam, sed etiam nullam. Quod si esset verum, à fortiori idem dicendum esset de tali priuilegio, quia est veluti permanẽs, & cõtinuata dispensatio in iure. Itẽ quia indulgentia sine causa data est nulla, priuilegiũ autẽ est indulgẽtia quędã.

4. *Nulla potestas inferior potest priuilegiũ concedere contra ius superioris.*

Nihilominus assertio posita etiam in hoc priuilegio est vera, & cõmunior. Habet autẽ locum in priuilegio eximẽte à iure, quod pendet à voluntate ipsius cõcedẽtis priuilegiũ. Nulla enim potestas inferior (vt dixi) potest priuilegiũ concedere contra ius superioris. Et ita solus Papa potest concedere priuilegiũ cõtra ius cõmune canonicũ, & sic de alijs proportionaliter, quia null' inferior potest in ius superioris dispẽare, nisi in casibus concessis, vel necessarijs, propter quos nõ datur priuilegiũ. Hinc ergo patet ratio assertionis, quia author legis potest illam ex parte tollere, quod facit priuilegiũ cõcedendo. & quãuis iniq; id faciat sine causa, quia tamen cũ effectu mutat volũtatẽ, à qua essẽtialiter pẽdet obligatio, legis ideo etiã cũ effectu validũ concedit priuileg ũ. Et idẽ supra dictũ est de dispensatione, & ita cessat difficultas supra posita. Et de indulgentia suo loco dictũ est, attingere diuinũ ius, & ideo requirere causã ad valorẽ suum.

Vnde obiter infero, ferè nullã esse differentiã, quã aliqui assignant inter priuilegiũ, & dispensationẽ, quod illud sine causa cõcedit, hęc verò minime. Nã si sit sermo de abusu, etiã dispensatio concedi potest sine causa, si verò sit sermo de legitimo vsu, etiã priuilegiũ requirit causã; si deniq; sit sermo d' valore, sicut priuilegiũ valet sine causa datũ, ita & dispensatio proportione seruata. Aliqui vero distinctionẽ illã admittendã esse putãt inter priuilegiũ, quod non est contra ius, & dispensationẽ, ac iubinde etiã inter priuilegiũ, quod est contra ius, vel tantum supra ius: tenet Sanci. lib. 8. de Matr. disp. 1. n. 1. & ita cautius ponit illam differentiã, quod priuilegiũ sine causa cõcedi potest, non tamen dispensatio, cum Rebuff. in Concordat. In forma mandati verb. *Dispensationis*, & Mandos. Sed cõtra hoc etiã vrget ratio facta, quia si sit sermo de potestate, vt actus valeat, etiã dispensatio, & priuilegium cõtra ius potest dari sine causa: si vero de potestate, vt actus licitè fiat, sic etiã priuilegium solum vltra ius requirit causam honestam vt licitè detur. Concedo autẽ non requirere tãtam causam, nec ob defectã eius cõmitti propriã iniustitiã, & in hoc posse assignari, aliquã differẽtiam. Quę ita cõmodè explicari potest inter ipsa priuilegia, quia in priuilegio rigoroso derogante iuri requiritur causa ex parte ipsius materiæ, seu actus, vt honestetur, in priuilegio autẽ, quod est purum beneficiũ, nõ sẽper requiritur causa ex parte mate-

Sanci.

Rebuff.
Mandos.

A margen *sive* / *sine*

A 6 dispenare / *dispensare*
D 6 defectam / *defectum*

2. PARA CONCEDER EL PRIVILEGIO LÍCITAMENTE, SE NECESITA UN MOTIVO JUSTO Y PROPORCIONADO QUE MUEVA AL PRÍNCIPE A CONCEDERLO; PERO SI ESE MOTIVO FALTA, NO POR ESO ES INVÁLIDO EL PRIVILEGIO SI NO HAY ENGAÑO NI INJUSTO OCULTAMIENTO.—Digo —en primer lugar— que para que la concesión de un privilegio sea lícita, se necesita una causa justa y proporcionada que mueva al príncipe a concederlo.

Lo pruebo —lo primero— por la razón general del acto humano, que para que sea honesto, debe hacerse por una causa razonable y si no, no se hará prudentemente y, por consiguiente, tampoco honestamente.

Lo segundo, o el privilegio es contrario al derecho común o sólo marginal a él.

En el primer caso, para que se observe la justicia legal y distributiva, se necesita una causa justa, como consta por semejanza según lo que se dijo en el libro 6.° acerca de la dispensa de la ley.

En el segundo caso, el desorden no es tan grande si se concede sin causa, pues más tiene de gracia que de justicia; sin embargo, para que no sea un acto de prodigalidad sino de prudente generosidad, se necesita alguna causa proporcionada; sobre todo que los privilegios concedidos sin causa se repiten demasiado, se desprecian, producen envidia en los otros y perturban la paz, porque no se conceden sin alguna acepción de personas y sin alguna desproporción entre los miembros del mismo cuerpo político.

Luego en toda clase de privilegios se necesita alguna causa.

3. Hay que decir —en segundo lugar— que esa causa no es tan necesaria que su falta haga inválido el privilegio si por parte del solicitante no hay engaño u ocultamiento injusto; y si lo hay, el privilegio será nulo no tanto por falta de causa como por la falta de voluntad del que lo concede.

Lo primero es cierto tratándose de los privilegios que son puros beneficios sin derogación del derecho común ni oposición a él, pues si no hay causa, no se comete verdadera injusticia, sino que a lo sumo es una excesiva largueza: ésta, una vez hecha aun con menos prudencia, tiene valor.

En cambio, tratándose de los privilegios contrarios al derecho común, la cosa es algo dudosa, pues muchos piensan que la dispensa de una ley humana, concedida sin causa, no sólo es injusta sino también nula: si esto fuese verdad, con más razón habría que decir lo mismo de tales privilegios, ya que son como dispensas permanentes y continuadas del derecho.

Además, una indulgencia concedida sin causa, es nula; pues bien, el privilegio es una indulgencia.

4. NINGÚN PODER INFERIOR PUEDE CONCEDER UN PRIVILEGIO CONTRARIO AL DERECHO DE UN SUPERIOR.—A pesar de ello, aun tratándose de estos privilegios, la tesis que se ha asentado es verdadera y la más común, y se cumple en los privilegios que eximen de un derecho que dependa de la voluntad del mismo que concede el privilegio, puesto que ningún poder inferior —según dije antes— puede conceder privilegios contrarios al derecho de su superior: así, sólo el Papa puede conceder privilegios contrarios al derecho común canónico; y lo mismo en su tanto sucede en otros casos, pues ningún inferior puede dispensar del derecho de su superior a no ser en los casos concedidos o necesarios, para los cuales no se da el privilegio.

Con esto aparece clara la razón de la tesis: el autor de la ley puede suprimirla parcialmente, que es lo que hace cuando concede el privilegio; y aunque lo haga injustamente sin causa, pero como cambia eficazmente su voluntad, de la cual depende esencialmente la obligación de la ley, también concede eficazmente un privilegio válido.

Lo mismo dijimos antes acerca de la dispensa, y así desaparece la dificultad propuesta.

Acerca de la indulgencia, en su propio lugar se dijo que atañe al derecho divino, y que, por tanto, para su validez requiere causa.

5. De esto deduzco —de paso— que la diferencia que algunos señalan entre el privilegio y la dispensa —que aquél se concede sin causa, no así ésta— es casi nula: en efecto, si se trata de un abuso, también la dispensa puede concederse sin causa; pero si se trata de un uso legítimo, también el privilegio requiere causa; finalmente, si se trata de la validez, así como el privilegio es válido aunque se dé sin causa, también lo es proporcionalmente la dispensa.

Con todo, algunos piensan que esa distinción se debe admitir entre el privilegio que no es contrario al derecho y la dispensa, y, consiguientemente, también entre el privilegio que es contrario al derecho o sólo marginal al derecho: así SÁNCHEZ; y así más cautamente —con REBUFFE y MANDOSI— pone la diferencia de que el privilegio puede concederse sin causa, no así la dispensa.

Pero también en contra de esto es probativa la razón aducida, porque si se trata del poder para que el acto sea válido, también la dispensa y el privilegio contrarios al derecho pueden darse sin causa; y si se trata del poder para que el acto sea lícito, también el privilegio únicamente marginal al derecho requiere una causa honesta para que pueda darse lícitamente, aunque concedo que no requiere una causa tan grande y que por su falta no se comete una verdadera injusticia: en esto sí puede señalarse alguna diferencia.

Esta diferencia puede explicarse bien entre los privilegios mismos de la siguiente manera: en el privilegio riguroso que deroga al derecho, para que sea honesto se requiere causa por parte

materiæ, seu actus cōcessi, sed ex parte cōcedētis, vt prudēter, & moderatè sua liberalitate vtatur, quod etiā suo modo in aliqua dispensatione locum habet, vt supra dixi.

6. *Deceptio impedit voluntarium, ac proinde valorē priuilegij.*

Circa posteriorē partē, seu limitationē assertionis aduertendū est, tūc priuilegiū sine subsistente causa concessū validū esse, quādo Princeps voluntariè illud cōcedit, quia ōnino pendet ex volū, tate eius. Hinc ergo fit, vt si falsa causa ei proponatur, concessio nō fit valida, quia deceptio impedit voluntariū. Possumus aūt in hoc genere distinguere duplicē causam, & cōsequenter etiā duplicē deceptionē. Vna est causa per se, scilicet illa, quæ mouet ad priuilegiū cōcedendū; alia est causa paccidens, scilicet. remouēs, phibens, id est, occultās conditionē aliquā, quæ si aperiret, impediret cognita, ne priuilegiū cōcederetur. Ad priorē causam pertinet falsa narratio, p quā aliquid proponit, vt moueat Principē, quod verum non est. Et huiusmodi falsitas (p se loquēdo) reddit irritū priuilegiū, c. *Super literis*, c. *Ad aures*, de Rescrip. c. *Nō potest*, de Preb. in 6. c. *Quia circa*, de Consang. & affini. vbi Gloss. & latius Panor. in d. c. *Quia circa*, & in c. *Ad audientiā*. 2. de Rescri. vbi etiā Felin. cū alijs, & in d. c. *Super literis*. Ratio vero satis constat ex dictis. Oportet autē, vt illa causa quæ falso pponitur verè talis sit, vt moueat Principē, nam si absq; illa sunt aliæ causę, propter quas cōcederet Princeps priuilegiū, etiā si vna non existat, potest aliquādo esse validum priuilegium non obstāte aliqua falsitate, pręsertim si ex ignorātia, & absq; dolo misceatur, iuxta dicta de dispensatione.

De duplici motiuo per se & per accidens, & duplici inde proueniente deceptione.

C. Super literis.
C. Ad aures.
C. Non potest.
C. Quia circa Glossa.
Panormit.
Felin.

Posteriori causæ correspōdet diminuta narratio, quę est, quādo aliquid occultatur, quod si Princeps sciret, priuilegiū non concederet, vt docent Panor. & alij dd. supra, & colligitur ex eisdē iuribus, & ex c. 2. de Filijs presbyteror. in 6. Quia tunc etiā censetur Princeps inuoluntarius. Hoc autē (iuxta cōmunem sententiā) maximè pcedit, quādo aliquid tacetur, quod secundū ius esset narrādū, vt qui postulat beneficium aperire debet, an aliud habeat, & in indulgētijs est simile. Idemq; existimo esse seruandum, quādo ex cōsuetudine, & stylo curiæ cōstat, talē cōditionē esse aperiendā, quia

A solet multum impedire, aut mouere Principē. Nā totū hoc postulatur, ppter Principis voluntatē, sc. vt voluntariè cōsentiat, potest autem non minus cōstare de hac voluntate per consuetudinem, quam per ius. Quando vero vtrūque deest, prudenti arbitrio vtendum est, vt latius de dispensatione dictum est.

Tandē circa hāc causam interrogari potest, quæ nā sit sufficiens ad honestandū, & iustificandū priuilegiū. Hoc tū nō potest certis regulis definiri, sed prudēti arbitrio superioris relinquendum est. Vnde ex parte subditi bona fides sufficit, si cū illa procedat, & verā, ac sufficientē narrationē faciat, vt, nisi euidēter cōstiterit, rē esse iniquā, possit suo priuilegio licite vti, quia sēper debet pręsumere pro suo superiore. Et idem est, si Prælatus suo motu proprio priuilegium cōcedat absq; petitione subditi, tūc enī nō oportet, subditū esse solicitū de causa & an superior sufficientē diligentiā fecerit, nā vbi oppositū non fuerit certū, supponere potest, ac debet, rē esse legitimè factā. Ex parte autē superioris solū aduerti potest (quod in principio huiʼ materiæ insinuaui) non oportere hanc causam sēper īmediatè pertinere ad cōmune bonū, quia priuilegiū ex sua primaria intentione est lex priuata, & ideò satis est, quod respiciat cōmodū eius, cui conceditur. Mediate autē sēper redundare debet in cōmune bonum, quia sēper debet fouere religionē, pietatem, aut iustitiā, aut dari in remunerationem virtutis, vel laborum, &c. De quibus causis videri possunt cap. *Didici*, cap. *Tali*, cum alijs. 1. q. 7. & cap. *Ipsa pietas*. 23. q. 4.

B

C

D

8. *Quodnāmotiuum sufficiat ad iustificādum priuilegiū.*

C. Didici.
C. Tali.
C. Ipsa pietas.

CAPVT XXII.

Quo: effectus habere possit priuilegium vt priuilegium est.

EXplicuimus hactenus priuilegij naturā, seu essētiā, eiusq; causas, reliquū est, vt de effectibʼ eius dicamʼ. 1.

Diuersorū autē priuilegiorū varij sunt effectʼ, nā p distinctos effectʼ distinguū ē priuilegia, nō quatenʼ effectus sunt, sed quatenʼ ad illos vt ad terminos, seu quæ si obiecta ordinantur. Vnde sicut hic nō tractamus de distinctione priuilegiorū inter se quia non est præsentis instituti ad particularia priuilegia descendere, sed in cōmuni tantū legē priuilegiatiū explica-

de la materia misma o del acto; en cambio en el privilegio que es un puro beneficio, no siempre se requiere causa por parte de la materia o del acto concedido, sino por parte del que lo concede, a fin de que haga uso de su generosidad con prudencia y con moderación: esto, a su modo, también tiene lugar en una dispensa, según dije antes.

6. EL ENGAÑO IMPIDE LA VOLUNTARIEDAD Y, CONSIGUIENTEMENTE, LA VALIDEZ DEL PRIVILEGIO.—DOBLE MOTIVO —SUSTANCIAL Y ACCIDENTAL— Y DOBLE ENGAÑO SUBSIGUIENTE.— Acerca de lo segundo o de la limitación de la tesis, hay que advertir que un privilegio concedido sin una causa real, sólo es válido cuando el príncipe lo concede voluntariamente, ya que depende totalmente de su voluntad. Y de esto se sigue que si al príncipe se le propone una causa falsa, la concesión no es válida, porque el engaño impide la voluntariedad.

Dos son las causas que podemos distinguir en esta línea, y, consiguientemente, también dos engaños.

Una causa hay sustancial, a saber, que mueve a conceder el privilegio; otra accidental, a saber, que aparta un impedimento, es decir, que oculta alguna condición que, si se descubriera, al ser conocida impediría que se concediese el privilegio.

A la primera clase pertenece la falsa exposición por la cual, para mover al príncipe, se propone algo que no es verdad. Esta falsedad —de suyo— hace inválido el privilegio, según los cap. *Super litteris, Ad aures, Non potest, Quia circa* con su GLOSA; y más ampliamente NICOLÁS DE TUDESCHIS en los cap. *Quia circa* y *Ad audientiam* —sobre éste también FELINO con otros— y *Super litteris.*

La razón es suficientemente clara por lo dicho. Pero es preciso que la causa falsa que se propone sea en realidad la que mueva al príncipe, pues si, prescindiendo de ella, hay otras causas por las cuales —aunque una no sea real— el príncipe concedería el privilegio, alguna vez el privilegio puede ser válido a pesar de alguna falsedad, sobre todo si ésta se introduce por ignorancia pero sin dolo, conforme a lo que se dijo sobre la dispensa.

7. A la segunda clase corresponde la exposición incompleta: ésta es así cuando se oculta algo que, si el príncipe conociera, no concedería el privilegio —como enseñan NICOLÁS DE TUDESCHIS y otros doctores antes citados, y según se deduce de los mismos textos y del cap. 2.° *de Filiis presbyteror.* en el LIBRO 6.°—, pues también entonces se juzga que el príncipe no lo quiere.

Y esto es así sobre todo —según la opinión común— cuando se calla algo que según el derecho habría que exponer. Por ejemplo, el que pide un beneficio debe manifestar si tiene otro, y lo mismo pasa con las indulgencias. Y lo mismo juzgo que se debe hacer cuando, por la costumbre y estilo de la curia, consta que tal condición debe ser manifestada por lo mucho que suele retraer o mover al príncipe.

En efecto, todo esto se exige por razón de la voluntad del príncipe, a saber, para que dé su consentimiento voluntariamente. De esa voluntad puede constar no menos por la costumbre que por el derecho. Cuando faltan ambas cosas, se debe obrar prudencialmente, según se dijo más extensamente acerca de la dispensa.

8. ¿QUÉ MOTIVO BASTA PARA JUSTIFICAR UN PRIVILEGIO?—Por último, acerca de la causa puede preguntarse qué causa es suficiente para cohonestar y justificar un privilegio.

Esto no puede determinarse con reglas fijas, sino que se debe dejar al juicio del superior.

Según esto, por parte del súbdito basta la buena fe —si procede con ella y hace una exposición verdadera y suficiente— para que pueda usar de su privilegio lícitamente, pues siempre debe presumir en favor de su superior. Y lo mismo sucede si el superior concede el privilegio por propio impulso sin que el súbdito lo pida: entonces el súbdito no tiene por qué preocuparse de la causa y de si el superior puso la suficiente diligencia, pues cuando no consta lo contrario, puede y debe suponer que la cosa se hizo legítimamente.

Por parte del superior, sólo es necesario advertir —cosa que ya insinué al principio de este tratado— que no es preciso que la causa se refiera siempre inmediatamente al bien común, porque el privilegio, de primera intención, es una ley privada y, por tanto, basta que mire al bien de aquel a quien se concede. Eso sí, mediatamente siempre debe redundar en bien común, porque siempre debe fomentar la religión, la piedad o la justicia, o darse en premio de la virtud o de los trabajos, etc.

Acerca de las causas pueden verse los cap. *Dicidi, Tali* y otros, y el cap. *Ipsa pietas.*

CAPITULO XXII

EFECTOS QUE PUEDE TENER EL PRIVILEGIO EN CUANTO PRIVILEGIO

1. Hemos explicado hasta aquí la naturaleza o esencia y las causas del privilegio; resta hablar de sus efectos.

Los efectos de los distintos privilegios son distintos, y los privilegios se distinguen por ellos no en cuanto que son efectos, sino en cuanto que se ordenan a ellos como a términos o —como quien dice— a objetos. Por consiguiente, así como ahora no tratamos de la diferencia de los privilegios entre sí, porque no nos toca ahora bajar a cada privilegio en particular sino sólo explicar en general el privilegio como ley,

materiæ, seu actus cōcessi, sed ex parte cōcedētis, vt prudēter, & moderatè sua liberalitate vtatur, quod etiā suo modo in aliqua dispensatione locum habet, vt supra dixi.

6. *Deceptio impedit voluntarium, ac proinde valorē priuilegij.*

Circa posteriorē partē, seu limitationē assertionis aduertendū est, tūc priuilegiū sine subsistente causa concessū validū esse, quādo Princeps voluntariè illud cōcedit, quia ōnino pendet ex volū, tate eius. Hinc ergo fit, vt si falsa causa ei proponatur, concessio nō fit valida, quia deceptio impedit voluntariū. Possumus aūt in hoc genere distinguere duplicē causam, & cōsequenter etiā duplicē deceptionē. Vna est causa per se, scilicet illa, quæ mouet ad priuilegiū cōcedendū; alia est causa paccidens, scilicet. remouēs, phibens, id est, occultās conditionē aliquā, quæ si aperiret, impediret cognita, ne priuilegiū cōcederetur. Ad priorē causam pertinet falsa narratio, p quā aliquid proponit, vt moueat Principē, quod verum non est. Et huiusmodi falsitas (p se loquēdo) reddit irritū priuilegiū, c. *Super literis*, c. *Ad aures*, de Rescrip. c. *Nō potest*, de Preb. in 6. c. *Quia circa*, de Consang. & affini. vbi Gloss. & latius Panor. in d. c. *Quia circa*, & in c. *Ad audientiā*. 2. de Rescri. vbi etiā Felin. cū alijs, & in d. c. *Super literis*. Ratio vero satis constat ex dictis. Oportet autē, vt illa causa quæ falso pponitur verè talis sit, vt moueat Principē, nam si absq; illa sunt aliæ causę, propter quas cōcederet Princeps priuilegiū, etiā si vna non existat, potest aliquādo esse validum priuilegium non obstāte aliqua falsitate, pręsertim si ex ignorātia, & absq; dolo misceatur, iuxta dicta de dispensatione.

De duplici motiuo per se & per accidens, & duplici inde proueniente deceptione.

C. Super literis.
C. Ad aures.
C. Non potest.
C. Quia circa Glossa.
Panormit.
Felin.

Posteriori causæ correspōdet diminuta narratio, quę est, quādo aliquid occultatur, quod si Princeps sciret, priuilegiū non concederet, vt docent Panor. & alij dd. supra, & colligitur ex eisdē iuribus, & ex c. 2. de Filijs presbyteror. in 6. Quia tunc etiā censetur Princeps inuoluntarius. Hoc autē (iuxta cōmunem sententiā) maximè pcedit, quādo aliquid tacetur, quod secundū ius esset narrādū, vt qui postulat beneficium aperire debet, an aliud habeat, & in indulgētijs est simile. Idemq; existimo esse seruandum, quādo ex cōsuetudine, & stylo curiæ cōstat, talē cōditionē esse aperiendā, quia

A solet multum impedire, aut mouere Principē. Nā totū hoc postulatur, ppter Principis voluntatē, sc. vt voluntariè cōsentiat, potest autem non minus cōstare de hac voluntate per consuetudinem, quam per ius. Quando vero vtrūque deest, prudenti arbitrio vtendum est, vt latius de dispensatione dictum est.

Tandē circa hāc causam interrogari potest, quæ nā sit sufficiens ad honestandū, & iustificandū priuilegiū. Hoc tū nō potest certis regulis definiri, sed prudēti arbitrio superioris relinquendum est. Vnde ex parte subditi bona fides sufficit, si cū illa procedat, & verā, ac sufficientē narrationē faciat, vt, nisi euidēter cōstiterit, rē esse iniquā, possit suo priuilegio licite vti, quia sēper debet pręsumere pro suo superiore. Et idem est, si Prælatus suo motu proprio priuilegium cōcedat absq; petitione subditi, tūc enī nō oportet, subditū esse solicitū de causa & an superior sufficientē diligentiā fecerit, nā vbi oppositū non fuerit certū, supponere potest, ac debet, rē esse legitimè factā. Ex parte autē superioris solū aduerti potest (quod in principio huiʼ materiæ insinuaui) non oportere hanc causam sēper īmediatè pertinere ad cōmune bonū, quia priuilegiū ex sua primaria intentione est lex priuata, & ideò satis est, quod respiciat cōmodū eius, cui conceditur. Mediate autē sēper redundare debet in cōmune bonum, quia sēper debet fouere religionē, pietatem, aut iustitiā, aut dari in remunerationem virtutis, vel laborum, &c. De quibus causis videri possunt cap. *Didici*, cap. *Tali*, cum alijs. 1. q. 7. & cap. *Ipsa pietas*. 23. q. 4.

B

C

D

8. *Quodnāmotiuum sufficiat ad iustificādum priuilegiū.*

C. Didici.
C. Tali.
C. Ipsa pietas.

CAPVT XXII.

Quo: effectus habere possit priuilegium vt priuilegium est.

EXplicuimus hactenus priuilegij naturā, seu essētiā, eiusq; causas, reliquū est, vt de effectibʼ eius dicamʼ. 1.

Diuersorū autē priuilegiorū varij sunt effectʼ, nā p distinctos effectʼ distinguū ē priuilegia, nō quatenʼ effectus sunt, sed quatenʼ ad illos vt ad terminos, seu quæ si obiecta ordinantur. Vnde sicut hic nō tractamus de distinctione priuilegiorū inter se quia non est præsentis instituti ad particularia priuilegia descendere, sed in cōmuni tantū legē priuilegiatiū explica-

de la materia misma o del acto; en cambio en el privilegio que es un puro beneficio, no siempre se requiere causa por parte de la materia o del acto concedido, sino por parte del que lo concede, a fin de que haga uso de su generosidad con prudencia y con moderación: esto, a su modo, también tiene lugar en una dispensa, según dije antes.

6. EL ENGAÑO IMPIDE LA VOLUNTARIEDAD Y, CONSIGUIENTEMENTE, LA VALIDEZ DEL PRIVILEGIO.—DOBLE MOTIVO —SUSTANCIAL Y ACCIDENTAL— Y DOBLE ENGAÑO SUBSIGUIENTE.— Acerca de lo segundo o de la limitación de la tesis, hay que advertir que un privilegio concedido sin una causa real, sólo es válido cuando el príncipe lo concede voluntariamente, ya que depende totalmente de su voluntad. Y de esto se sigue que si al príncipe se le propone una causa falsa, la concesión no es válida, porque el engaño impide la voluntariedad.

Dos son las causas que podemos distinguir en esta línea, y, consiguientemente, también dos engaños.

Una causa hay sustancial, a saber, que mueve a conceder el privilegio; otra accidental, a saber, que aparta un impedimento, es decir, que oculta alguna condición que, si se descubriera, al ser conocida impediría que se concediese el privilegio.

A la primera clase pertenece la falsa exposición por la cual, para mover al príncipe, se propone algo que no es verdad. Esta falsedad —de suyo— hace inválido el privilegio, según los cap. *Super litteris, Ad aures, Non potest, Quia circa* con su GLOSA; y más ampliamente NICOLÁS DE TUDESCHIS en los cap. *Quia circa* y *Ad audientiam* —sobre éste también FELINO con otros— y *Super litteris.*

La razón es suficientemente clara por lo dicho. Pero es preciso que la causa falsa que se propone sea en realidad la que mueva al príncipe, pues si, prescindiendo de ella, hay otras causas por las cuales —aunque una no sea real— el príncipe concedería el privilegio, alguna vez el privilegio puede ser válido a pesar de alguna falsedad, sobre todo si ésta se introduce por ignorancia pero sin dolo, conforme a lo que se dijo sobre la dispensa.

7. A la segunda clase corresponde la exposición incompleta: ésta es así cuando se oculta algo que, si el príncipe conociera, no concedería el privilegio —como enseñan NICOLÁS DE TUDESCHIS y otros doctores antes citados, y según se deduce de los mismos textos y del cap. 2.° *de Filiis presbyteror.* en el LIBRO 6.°—, pues también entonces se juzga que el príncipe no lo quiere.

Y esto es así sobre todo —según la opinión común— cuando se calla algo que según el derecho habría que exponer. Por ejemplo, el que pide un beneficio debe manifestar si tiene otro, y lo mismo pasa con las indulgencias. Y lo mismo juzgo que se debe hacer cuando, por la costumbre y estilo de la curia, consta que tal condición debe ser manifestada por lo mucho que suele retraer o mover al príncipe.

En efecto, todo esto se exige por razón de la voluntad del príncipe, a saber, para que dé su consentimiento voluntariamente. De esa voluntad puede constar no menos por la costumbre que por el derecho. Cuando faltan ambas cosas, se debe obrar prudencialmente, según se dijo más extensamente acerca de la dispensa.

8. ¿QUÉ MOTIVO BASTA PARA JUSTIFICAR UN PRIVILEGIO?—Por último, acerca de la causa puede preguntarse qué causa es suficiente para cohonestar y justificar un privilegio.

Esto no puede determinarse con reglas fijas, sino que se debe dejar al juicio del superior.

Según esto, por parte del súbdito basta la buena fe —si procede con ella y hace una exposición verdadera y suficiente— para que pueda usar de su privilegio lícitamente, pues siempre debe presumir en favor de su superior. Y lo mismo sucede si el superior concede el privilegio por propio impulso sin que el súbdito lo pida: entonces el súbdito no tiene por qué preocuparse de la causa y de si el superior puso la suficiente diligencia, pues cuando no consta lo contrario, puede y debe suponer que la cosa se hizo legítimamente.

Por parte del superior, sólo es necesario advertir —cosa que ya insinué al principio de este tratado— que no es preciso que la causa se refiera siempre inmediatamente al bien común, porque el privilegio, de primera intención, es una ley privada y, por tanto, basta que mire al bien de aquel a quien se concede. Eso sí, mediatamente siempre debe redundar en bien común, porque siempre debe fomentar la religión, la piedad o la justicia, o darse en premio de la virtud o de los trabajos, etc.

Acerca de las causas pueden verse los cap. *Dicidi, Tali* y otros, y el cap. *Ipsa pietas.*

CAPITULO XXII

EFECTOS QUE PUEDE TENER EL PRIVILEGIO EN CUANTO PRIVILEGIO

1. Hemos explicado hasta aquí la naturaleza o esencia y las causas del privilegio; resta hablar de sus efectos.

Los efectos de los distintos privilegios son distintos, y los privilegios se distinguen por ellos no en cuanto que son efectos, sino en cuanto que se ordenan a ellos como a términos o —como quien dice— a objetos. Por consiguiente, así como ahora no tratamos de la diferencia de los privilegios entre sí, porque no nos toca ahora bajar a cada privilegio en particular sino sólo explicar en general el privilegio como ley,

explicare) ita non intendimus dicere de particularibus effectibus priuilegiorũ (illi enim fere per omnes materias morales vagantur) sed dicendũ tantum est de effectibus in cõmuni, quos priuilegiũ secundum suam vniuersalem rationem habere potest, & de conditionibus requisitis in vnoquoq; priuilegio ad operãdũ suos effectus, ac deniq; quanta sit vis actiua priuilegij, & quomodo ex verbis eiꝰ illorũq; interpretatione colligẽda sit.

2. *Tres generales effectus cõuenire priuilegio & quinã sint.*

Primum ergo statuimus, tres generales effectꝰ cõuenire priuilegio, videlicet dare ius aliquod, seu facultatem aliquid agẽdi, vel nõ agẽdi, recipiendi, vel cõferẽdi, obligare aliquẽ ad illud ius cõferuãdũ, vel nõ impediẽdũ, & derogare alicui iuri priuilegio repugnãti. Hãc assertionẽ sumo ex cõmuni doctrina scribẽtiũ in hac materia: nã licèt distinctionẽ hãc formaliter, & sub his terminis in nullo inuenerĩ, tamẽ singula mẽbra passim in eis reperiunt, & omnia, quæ de effectibus priuilegiorũ dicũt, ad illa tria capita reuocãtur, vt ex discursu omniũ, quæ hactenus diximus facilè intelligi potest, & cõstabit amplꝰ ex sequẽtibus. Declarat etiã facili ratione ex definitione priuilegij desũpta. Est enim priuilegiũ lex, & vt sic habere debet effectũ obligandi; est autẽ lex priuata, & vt sic speciale ius, vel facultatẽ concedit, & quia specialia iura solẽt derogare cõmunibus, ideo priuilegiũ saltẽ rigorosè sũptũ effectũ habet derogandi alicui iuri. Potest etiã sic declarari, quia priuilegiũ cõparari potest vel ad eũ, cui cõceditur, sub quo respectu videtur propriã priuilegij appellationẽ sortiri, vel comparari potest ad alios, & sic habet rationẽ legis, quanuis interdũ possit rationẽ hãc exercere respectu priuilegiarij, vt dicemꝰ: vel potest cõparari ad alia iura, quæ illi repugnãt. Priuilegium ergo respectu priuilegiarij habet effectũ cõcedẽdi aliquid; respectu verò aliorũ, habet effectũ obligandi, respectu vero repugnantis iuris habet vim derogãdi. Et ita cõstat diuisio, & distinctio mẽbrorũ inter se, ac sufficiẽtia, quia sicut in priuilegiò nõ potest considerari alius respectus per modũ causæ, ita nec potest esse aliquis effectus eius, qui sub prædictis mẽbris non comprehendatur. Vt autẽ magis constet diuisio circa duo mẽbra prima, aliquid ad notandũ, & inquirendũ est, nõ repetẽdo ea, quæ in superioribꝰ dicta fuerint, sed attingẽdo, & magis explicãdo vbi oportuerit. De tertio autẽ mẽbro dicta sunt multa explicãdo definitionem, & formã priuilegij, & infra circa mutationem priuilegiorum aliquid addemus.

De illis ad quos comparari priuilegium potest.

Circa primũ ergo mẽbrum potest in primis dubitari, quia in superioribus dictũ est, non esse necessariũ, vt priuilegiũ semper aliquod ius speciale, vel nouam facultatẽ concedat, quia multa priuilegia dantur ad pacandas conscientias, & scrupulos, vel dubia tollenda, vt præter suprà allegatos docent Panorm. in cap. *Certificari*. de Sepult. & Mandos. in Regu. 3. Cãcel. q. 17. n. 5. & Emman. Roder. tom. 1. q. 11. ar. 9. ergo priuilegiũ vt sic nõ necessariò habet aliquẽ effectũ, licet multa priuilegia hãc efficaciã habeant. Respõdeo, de ratione priuilegij esse, vt aliquẽ effectũ habeat in priuilegiario, vt sumitur ex c. *In his*, de Priu. & c. *Si Papa*, de Priu. in 6. ibi. *Cũ verba aliquid operari debeãt*, quia alias esset superflua, quod in lege vitãdũ est, l. 3. ibi *Ne frustra*, ff. de Iur. iur. & in priuilegio debẽt operari aliquid speciale, aliàs lex priuata nõ esset, vt dicitur in c. *Abbate*, de Verb. signif. & optime probat, quia alias esset inutile, & supervacaneũ, & quasi otiosus actus, quod de beneficio Principis presumẽdũ nõ est. Vnde fit debere priuilegij effectũ esse aliquo modo diuersum ab effectu iuris cõmunis, quia alias nihil de nouo cõferret. Duobꝰ autẽ modis potest effectus priuilegij esse diuersus ab effectu iuris cõmunis, & (ad rẽ magis declarandã) vnũ vocare possumꝰ distinctũ in re, & substãtia sua, alium tãtũ secundũ modum. Effectus substãtialiter distinctus est quoties priuilegiũ dat ius, vel potestatẽ ad aliquid agendũ, vel recipiendũ, quod ius cõmune prohibeat, vel saltẽ nõ concedebat: modaliter autẽ distinctũ appello, quãdo nõ cõcedit nouã potestatem, vel actionẽ, quę iure cõmuni nõ esset possibilis, & licita, cõfert tñ illã nouo modo, vel nouo titulo aliquã vtilitatẽ moralẽ secũ adducente. Dico ergo ad rationẽ cõmunẽ priuilegij satis esse, quod habeat effectũ proprium vno, vel alio modo, quia quilibet illorũ sufficit, vt priuilegiũ nõ sit inutile, & ita satisfit capit. *In his*, & rationi eius, & rationi dubitãdi ꝓpositæ, ac cõmuni sẽtẽtiæ.

3.

Panormit.
Mandos.
Roder.

C. *In his.*
C. *Si Papa.*

De ratione priuilegij vt aliquem effectum habeat in priuilegiario.

C. *In his.*

Mmmm Solum

C 4 presumendum / *praesumendum*

así tampoco pretendemos hablar de los efectos particulares de los privilegios —de los cuales se suele tratar aquí y allí en casi todos los tratados morales—, sino sólo en general de los efectos que el privilegio puede tener según su noción general, y de las condiciones que se requieren en cada privilegio para producir sus efectos; finalmente, de cuál es el grado de eficacia del privilegio y cómo deducirlo de sus palabras y de la interpretación de esas palabras.

2. TRES EFECTOS GENERALES DEL PRIVILEGIO, Y CUÁLES SON ELLOS.—PERSONAS A LAS QUE DICE RELACIÓN EL PRIVILEGIO.—Pues bien, lo primero de todo establecemos que el privilegio tiene tres efectos: dar un derecho o la facultad de hacer o no hacer, de recibir o de conferir algo; obligar a uno a conservar ese derecho o a no impedirlo; y derogar un derecho contrario al privilegio.

Esta tesis la tomo de la doctrina común de los que escriben sobre esta materia, pues aunque en ninguno de ellos he encontrado esta distinción de una manera formal y con esos términos, sin embargo, cada una de esas partes se encuentran a cada paso en ellos, y todo lo que dicen sobre los efectos de los privilegios se reduce a esos tres capítulos; así puede entenderse fácilmente por todo lo que hemos dicho hasta ahora, y constará más por lo siguiente.

Se explica también por una razón fácil tomada de la definición de privilegio: El privilegio es una ley, y, como tal, debe tener el efecto de obligar; pero es una ley privada, y, como tal, concede un derecho o facultad particular; y como los derechos particulares suelen derogar los comunes, por eso el privilegio —al menos el privilegio riguroso— tiene el efecto de derogar algún derecho.

Puede explicarse también así: El privilegio puede compararse o con aquel a quien se concede —y bajo este aspecto parece recibir su nombre de privilegio—, o con los otros —y en este sentido es una verdadera ley, por más que a veces también pueda actuar como ley con relación al privilegiado, como diremos después—, o con los otros derechos contrarios a él. Pues bien, el privilegio, respecto del privilegiado, tiene el efecto de concederle algo; respecto de los otros, tiene el efecto de obligarles; y respecto del derecho contrario, tiene el efecto de derogarlo.

Con esto aparece clara la división y la diferencia de sus partes y que esas partes bastan, pues así como en el privilegio no caben otras relaciones a manera de causas, tampoco caben otros efectos que no entren en los dichos.

Pero para que esa división quede más clara en cuanto a sus dos primeras partes, vamos a observar e investigar algunos puntos: no para repetir lo que se ha dicho anteriormente, sino para tocar y explicar más lo que convenga.

Sobre la tercera parte dijimos ya mucho al explicar la definición y la forma del privilegio, y después añadiremos algo al tratar del cambio de los privilegios.

3. EL PRIVILEGIO TIENE QUE PRODUCIR ALGÚN EFECTO EN EL PRIVILEGIADO.—Así pues, acerca de la primera parte puede —en primer lugar— surgir una duda. Se ha dicho anteriormente que no es necesario que el privilegio conceda siempre un derecho particular o una nueva facultad, pues muchos privilegios se dan para tranquilizar conciencias y escrúpulos o para quitar dudas. Así lo enseñan —además de los citados— NICOLÁS DE TUDESCHIS, MANDOSI y MANUEL RODRÍGUEZ. Luego el privilegio —como tal— no tiene necesariamente efecto alguno, por más que muchos privilegios tengan esa eficacia.

Respondo que es esencial al privilegio el que produzca algún efecto en el privilegiado —como se deduce de los cap. *In his* y *Si Papa:* en éste se dice *Siendo así que las palabras deben obrar algo*—, pues en otro caso las palabras serían superfluas, cosa que en una ley se debe evitar, según el DIGESTO.

Y tratándose del privilegio deben obrar algo particular, pues si no, no sería una ley privada, como se dice en el cap. *Abbate* y como se prueba muy bien, porque si no, sería inútil y superfluo y como un acto ocioso, cosa que no se ha de presumir de un beneficio del príncipe.

De esto se sigue que el efecto del privilegio debe ser de alguna manera distinto del efecto del derecho común, porque si no, no daría de nuevo nada.

Ahora bien, dos son las maneras como el efecto del privilegio puede ser distinto del efecto del derecho común, y —para explicar más la cosa— al uno lo podemos llamar distinto en la cosa y en la sustancia, y al otro sólo en el modo.

En efecto, es sustancialmente distinto cuando el privilegio da derecho o poder para hacer o recibir algo que el derecho común prohiba o al menos no conceda; y modalmente distinto lo llamo cuando no concede un nuevo poder o acción que por el derecho común no sería posible y lícita, pero sí la concede de una manera nueva o por un nuevo título que lleva consigo alguna utilidad moral.

Pues bien, digo que para la noción común de privilegio basta que tenga efecto propio de la una o de la otra manera, pues cualquiera de esas maneras basta para que el privilegio no sea inútil; y con esto se contesta al cap. *In his* y a su razón, a la razón para dudar que se ha propuesto, y a la opinión común.

4. Solum ergo potest inquiri, quando priuilegium vnum, vel alium effectum operetur, & præsertim, an semper intelligendum sit, habere effectũ substãtialiter distinctũ à iure cõmuni, & suprà, vel contra illud, an vero potius solũ conferat nouum modũ operandi, quoties ille modus locum habet, sine nouo effectu. Hoc enim posterius videtur persuaderi, quia eo ipso, quod priuilegiũ aliquid operatur sufficiens ad nomẽ, & rationẽ priuilegij in alijs restringendũ est, quia specialia iura nõ sunt multiplicãda sine necessitate. Sed conferendo nouũ modũ operandi habet sufficientem effectũ ad rationem, & nomen priuilegij; ergo non oportet, vt aliquid vltra efficiat. In cõtrariũ verò est, quia inde fieret, vt nunquã priuilegia conferant aliquid cõtra, vel vltra, seu præter ius, quia sẽper possunt ita intelligi, vt confirment ea, quæ ius cõmune concedit, & nouũ tantũ modum circa illa conferant; consequẽs autem est absurdũ, & contra intentionẽ dicti capituli *In his*, vnde est receptu axioma, si fieri potest, ita esse priuilegium interpretandum, vt aliquid supra commune ius, vel etiam contra illud operetur. Vt sumi potest ex iurib' allegatis, & ex l. 1. ff. Ad municip. vbi id notat Gloss. & ex cap. 1. de Rescrip. vbi id notat Panormit. & latius Deci. n. 4. qui alia plura allegat, & Nauarr. in tract. de Reddit. q. 3. Moui. 6. n. 3. & Sylues. verb. *Priuilegium*, q. 3. Ac denique est de ratione beneficij Principis, quod latiorẽ recipiat interpretationem, & concessionem.

Panormit. Decius. Nauarr. Sylues.

5. Respondeo, principaliter spectãdum esse ad materiam, & verba priuilegij. Et ex illis colligendum esse, an effectus priuilegij sit huius, vel illius qualitatis, simul habẽdo præ oculis illud principiũ, quod beneficia, & fauores ampliandi sũt onera vero, & odia restringenda. Si ergo verba concessionis priuilegij cõtineãt illud ipsũ, quod clare, & sine cõtrouersia iure cõmuni cõcessũ est, & nullũ aliũ effectũ distinctũ in sua proprietate significare possunt, tunc tale priuilegium nõ potest habere effectũ substantialiter distinctũ ab effectu iuris cõmunis, sed illũ ipsũ nouo modo, id est, nouo, & speciali titulo. Ratio est, quia verba priuilegij nõ sunt extẽdenda sine cogente ratione vltra illorũ proprietatẽ, sed in eo casu verba non possunt habere effectum substãtialiter distinctum intra proprietatem suam, vt supponitur, & nulla est necessitas impropriandi illa ex prima ratione superius facta; ergo. Declaratur exẽplo: nã si alicui detur priuilegiũ dicendi Missam ante recitatã Primam, quod cõstat iure cõmuni esse licitũ, ex vi illius priuilegij nihil aliud habebit, nec poterit illud priuilegium extẽdi ad dicendã Missam ante laudes, vt aliquid præter ius operari, vel dubiũ tollere videatur, quia verba illa, non recitata Prima, nõ significant laudes, nec possunt nisi valde voluntariè talẽ recipere extensionẽ, quod à simili optime confirmari potest, ex c. vlt. de Verb. signif. Quod si tale priuilegiũ videatur inutile, sibi imputet qui illud postulauit, ordinariè enim talia priuilegia vel non dãtur, vel non nisi ad importunitatẽ petentium. De se autẽ semper habent hunc effectũ, quod illud licèt nouo titulo, & speciali iure. Qui non est omnino frustra, nã per se ad hoc cõfert, vt licèt postea ius cõmune in contrariũ statuatur, nihilominus actꝰ liceat ratione priu legij, quia per subsequẽs ius cõmune nõ reuocatur, nisi exprimatur, vt infra dicetur. Vt in casu si poneretꝰ præceptũ recitãdi Primã ante Missã habẽs illud priuilegiũ maneret exẽptus à tali præcepto, nisi specialiter reuocaretur.

Beneficia, & fauores ampliandi, odia restringenda sunt.

Verba priuilegij non sunt extendenda sine ratione vrgente vltra illorũ proprietatem.

6. Secundo si verba concessionis in significatione ꝓpria solũ cõtineãt effectũ, de quo est dubiũ, vel opinio vtrinq; probabiles, an iure communi liceat, nec ne, tũc etiã ꝑ tale priuilegiũ nõ fit effectus substãtialiter diuersus ab eo, qui probabiliter creditur concessus iure cõmuni, nec potest tale priuilegiũ cũ im ꝓprietate verborũ extẽdi ad effectũ aliquẽ, de quo certũ sit nõ posse fieri iure cõmuni. Ratio est eadẽ, quia verba nõ sũt improprianda sine causa, quia alias nihil esset fixũ, & certũ, hic autẽ nulla est causa, imò minor, quã in præcedenti, quia hoc priuilegiũ & confert specialẽ titulum, qui permanebit, etiã si generale ius contrariũ postea subsequatur, & simul cõfert securitatẽ, & certitudinẽ in tali actu, quę magna est vtilitas, & ideo talia priuilegia frequẽtiora sũt. Potest hoc declarari vulgari exẽplo de priuilegio cõcedẽte potestatẽ cõmutandi vota, qd extẽdi nõ potest ad dispẽsationẽ etiã partialẽ, & ideo

6. Secunda cõclusio.

De Priuilegio concedente potestatem cõmutãdi vota.

C 2 recitandi / *non recitandi*
C 8 probabiles / *probabilis*

4. Por consiguiente, lo único que puede preguntarse es cuándo el privilegio produce uno u otro efecto, y sobre todo, si siempre se ha de entender que tenga un efecto sustancial distinto del derecho común y por encima o en contra de él, o si más bien sólo concede una manera nueva de obrar cuando esa manera tiene lugar sin un nuevo efecto.

Parece que hay razón para pensar esto último, puesto que por el mismo hecho de que el privilegio produzca algo que baste para el nombre y para la noción de privilegio, en lo demás se lo ha de interpretar en sentido restringido, porque sin necesidad no se deben multiplicar los derechos particulares; ahora bien, el conferir una nueva manera de obrar es un efecto suficiente para la noción y nombre de privilegio; luego no es preciso que produzca nada más.

Pero en contra de esto está que de ahí se seguiría que los privilegios nunca conceden nada en contra ni más allá o al margen del derecho, porque siempre pueden entenderse como confirmaciones de lo que concede el derecho común y únicamente como concesiones de una nueva manera de obrar respecto de ello; ahora bien, esta consecuencia es absurda y contraria a la intención del dicho capítulo *In his,* y por eso es un axioma admitido que, si es posible, el privilegio se ha de interpretar de forma que obre algo por encima del derecho común o también en contra de él.

Así puede deducirse de los textos aducidos, de la ley 1.ª *Ad municip.* en la que observa esto la GLOSA, del cap. I *de Rescrip.* en el que observa esto NICOLÁS DE TUDESCHIS, y más ampliamente DECIO, que aduce otros textos más, AZPILCUETA y SILVESTRE.

Finalmente, propio del beneficio de un príncipe es que admita una interpretación y una concesión más amplia.

5. LOS BENEFICIOS Y FAVORES SE HAN DE INTERPRETAR AMPLIAMENTE, LAS COSAS ODIOSAS ESTRICTAMENTE.—A LAS PALABRAS DEL PRIVILEGIO, SIN UNA RAZÓN APREMIANTE, NO SE LES HA DE DAR MÁS ALCANCE DE LO QUE EN SU SENTIDO PROPIO SIGNIFICAN.—Respondo que a lo que principalmente hay que atender es a la materia y a las palabras del privilegio, y que de ellas se ha de deducir si el efecto del privilegio es de tal o cual clase, teniendo a la vez ante la vista el principio de que los beneficios y favores se han de interpretar ampliamente, y las cargas y odiosidades estrictamente. Por consiguiente, si las palabras de la concesión del privilegio contienen lo mismo que claramente y sin discusión está concedido en el derecho común, y en su sentido propio no pueden significar ningún otro efecto distinto, entonces tal privilegio no puede tener un efecto sustancialmente distinto del efecto del derecho común, sino eso mismo de una manera nueva, es decir, con un título nuevo y especial.

La razón es que a las palabras del privilegio, sin una razón apremiante, no se les ha de dar más alcance de lo que en su sentido propio significan; ahora bien, en ese caso las palabras, dentro de su sentido propio no pueden —por hipótesis— tener un efecto sustancialmente distinto, y, por la primera razón que se ha aducido, no hay ninguna necesidad de tomar esas palabras en un sentido impropio.

Lo explico con un ejemplo: Si a uno se le concede el privilegio de celebrar la Misa antes de Prima —lo cual consta que está permitido por el derecho común—, en virtud de ese privilegio no tendrá más que eso, y ese privilegio no podrá interpretarse en el sentido de que se pueda celebrar la Misa antes de Laudes a título de que obre más que lo que concede el derecho o de que con esto se elimine la duda, pues las palabras *antes de Prima* no significan *antes de Laudes:* interpretarlas así sería muy caprichoso.

Puede esto confirmarse muy bien por comparación con un caso parecido del cap. últ. *de Verb. signif.*

Y si tal privilegio parece inútil, échese la culpa de ello el que lo pidió, pues ordinariamente tales privilegios, o no se dan, o se dan sólo por la importunidad de los que los solicitan. Y de suyo tienen siempre el efecto de que la cosa esté permitida por un nuevo título y por un derecho especial.

Este efecto no es del todo inútil, porque de suyo contribuye a que, aunque después se establezca una ley común contraria, sin embargo, el acto sea lícito por razón del privilegio, pues —como se dirá después— esa ley común posterior no lo revoca si no lo dice expresamente: por ejemplo, en el caso de que se diera el precepto de no rezar Prima antes de la Misa, quien tuviera ese privilegio quedaría exento de tal precepto si no se lo revocaba en particular.

6. SEGUNDA TESIS.—EL PRIVILEGIO QUE CONCEDE PODER PARA CONMUTAR VOTOS.—EL PRIVILEGIO CUYA FINALIDAD ES SÓLO QUITAR ESCRÚPULOS O DUDAS.—En segundo lugar, si las palabras de la concesión, en su sentido propio, sólo contienen un efecto sobre el cual se duda u opina —con probabilidad sobre ambos extremos— si es lícito o no por el derecho común, entonces tampoco por tal privilegio se produce un efecto sustancialmente distinto del que se cree —también con probabilidad— que está concedido por el derecho común, ni puede tal privilegio interpretarse en sentido impropio de forma que alcance a un efecto del cual conste con certeza que no puede producirse según el derecho común.

La razón es la misma: que sin causa, las palabras no se han de entender en sentido impropio, porque si no, no habría nada fijo y cierto; ahora bien, en este caso no hay ninguna causa, y aun menos que en el caso anterior, porque este privilegio da un título especial que subsistirá aun

Priuilegiũ ad solum tollendum scrupulum vel dubiũ.

& ideo iuxta probabilẽ opinionẽ, quòd commutatio iure communi liceat in æquale, tale priuilegium solum datur ad tollendum scrupulum, vel dubium, & cõferendũ certum, & specialẽ titulũ illius potestatis, vt dixi li. 6. de Voto. c. 19. n. 7.

7. Tertia conclusio.

est, tum quia illa similitudo in priuilegijs est valde per accidens ad vsum priuilegij, & ideo vnum non potest impedire vsum alterius, etiam circa similē priuilegiatum, sicut æqualitas in potentia videndi non obstat, quominus illam habens posit videre eum, qui similem potentiam habet. Tum etiam quia priuilegium ad propriam immunitatem non extenditur ad non seruandam alteri immunitatem, quia sunt res valde diuersę, & à diuersis non fit illatio: sic ergo priuilegium, ne proprius religiosus ad aliū ordinem transeat, non est ad recipiendum religiosum alterius ordinis æqualis, & sic de alijs. Tum denique quia hic vsus priuilegij non est contra pariter priuilegiatum formaliter, sed tantum materialiter, id est, contra personam habentem simile priuilegium, non tamen quatenus illo vti potest, & ideò tale priuilegium nihil confert advsum alterius priuilegij impediendum.

Cum similitudo in priuilegijs sit valde per accidēs ad vsum priuilegij, ideò vnus nō potest impedire vsum alterius.

4. Ampliatur hæc assertio, vt locum habeat etiā in his, qui gaudent priuilegijs eorum per cōmunicationem propriam seu per concessionem ad instar. Nam is, qui per cōmunicationem priuilegio fruitur, poterit illo vti etiam contra illum, qui prius idem priuilegium habuit & fuit tāquam primum exemplar eius. Ita obseruat Cordub. in Compend. Minor. verb. *Communicatio*, in fine, & cum eo Roder. tom. 1. q. 55. art. 21. Et ratio est clara, quia illa communicatio est noua concessio eiusdem, seu similis priuilegij cum æqualitate (vt supponimus) hæc autem ęqualitas non impedit vsum priuilegij contra alium æqualem, vt ostensum est. Nec etiam obstare potest illa prærogatiua (vt sic dicam) in antiquitate priuilegij, seu in antecessione quoad primam obtentionē eius. Nam per hoc nullū speciale ius acquiritur antiquiori priuilegiario, nec datur exemptio, qua possit non seruare alteri priuilegium illi communicatum; ergo non minus ipse ad hoc obligatur alteri, quam è conuerso alter ipsi obligetur.

Ampliatio cōclusionis prædictæ.

Cordub. Roder.

5. Dico secundo. Quando priuilegiati concurrunt in priuilegijs secundum oppositionem respectiuam, tunc priuilegiatus non gaudet suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, & consequēter hic non tenetur alteri priuilegium

Secunda cōclusio.

A suū seruare. In hoc sensu solet hoc pronunciatum exponi, vt patet ex Couarr. suprà, qui dicit, esse commune axioma, & sumitur ex Authent. de Sanctis. Episcop. §. *Sed hæc præsenti*, & ex l. *Verum*. §. vlt. ex l. seq. ff. de Minor. Et declaratur exēplis suprà positis, & similibus. Nam si quis habet priuilegium cogendi debitorem, & debitor habet priuilegium, ne intra tantum tempus cogi possit, non poterit creditor contra talem debitorem suo priuilegio vti, &c. Ratio verò est, quia tunc concurrunt duo priuilegia, quorum vnum alteri resistit, & ideò

B non potest sequi vsus vnius contra aliū, sicut Philosophi dicunt, ad proportionem æqualitatis non sequi actionem. Quanuis autem res intenta per hāc regulam sic expositam vera sit, nihilominus in modo loquendi potest quis non immerito dubitare. Quia tunc re vera non prohibetur quis vti suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, sed contra magis priuilegiatum, quia ibi concurrunt duo priuilegia quasi cōtraria, quia tuum v.g. est ad imponēdum mihi onus, & meum ne imponi possit; ergo vt tu nō possis vti priuilegio tuo contra me, ne-

Maior explicatio pro modo loquendi.

C cesse est, vt meum priuilegium speciale deroget tuo generali; ergo respectiuè, & secundum oppositionem ego sum magis priuilegiatus, & non tantum ęqualiter. Et patet à contrario, quia tunc ego vtor meo priuilegio contra te, impediē do ne contra me tuo priuilegio vtaris; ergo vel tunc deficit regula quoad hāc partem, quia iam priuilegiatus gaudet priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, & sic à proportione ęqualitatis sequetur actio, vel certè hic non est tātum æqualis, sed superior in priuilegio,

D & consequenter alter non est pariter, sed minus priuilegiatus.

6. At enim, quando de re constat, non est de modo loquendi contendendum, sed verus sensus loquutionis explicandus. Itaque verum quidem est, in huiusmodi euētu concurrere duo priuilegia quasi contraria, vel in suis actibus, vel quasi obiectis contradictionem includentia, vt ex dictis satis constat. Vnde necesse est, vt vnum præualeat contra alterum, vt possit eius actionem impedire, siue illud, quod præualet, dicatur sub ea ratione maius, quatenus alteri

B 12 eorum / *aliorum*

los autores que se han citado y de RODRÍGUEZ.

Y la razón es que —en primer lugar— esa semejanza en los privilegios es muy accidental para el uso del privilegio, y, por tanto, el uno no puede impedir el uso del otro aun tratándose de quien tenga un privilegio igual, de la misma manera que la igualdad en la potencia visiva no impide que el que la tiene pueda ver a quien tiene una potencia igual.

En segundo lugar, el privilegio de la propia inmunidad no alcanza a no respetarle a otro su inmunidad, pues esas son cosas muy distintas, y tratándose de cosas distintas no hay paso lógico de la una a la otra: así, el privilegio de que un religioso propio no pase a otra orden no es para recibir al religioso de otra orden igual, y así en otras cosas.

Finalmente, ese uso del privilegio no va contra otro que tiene un privilegio igual en sentido formal sino sólo en sentido material, es decir, va en contra de una persona que tiene un privilegio igual pero no en cuanto que puede hacer uso de él, y, por tanto, tal privilegio no significa nada en orden a impedir el uso del otro privilegio.

4. AMPLIACIÓN DE LA TESIS ANTERIOR.— Esta tesis es aplicable también a los que disfrutan de los privilegios de otros por una verdadera comunicación o concesión a imitación de ellos. En efecto, el que disfruta de un privilegio por comunicación, podrá hacer uso de él incluso en contra de aquel que tuvo antes el mismo privilegio y que fue como su primer modelo. Así lo observa CÓRDOBA y con él RODRÍGUEZ.

Y la razón es clara: que esa comunicación es una nueva concesión del mismo privilegio o de un privilegio semejante hecha —por hipótesis —con igualdad; ahora bien, esta igualdad —según se ha demostrado— no impide el uso del privilegio en contra del otro igual.

Tampoco puede impedirlo la —digámoslo así— prerrogativa de haber tenido antes el privilegio o de haberse adelantado a obtenerlo, pues con esto el privilegiado más antiguo no adquiere ningún derecho especial ni la exención de respetarle al otro el privilegio que a él se le ha comunicado; luego tan obligado a esto está él respecto del otro como el otro respecto de él.

5. SEGUNDA TESIS.—UNA MAYOR EXPLICACIÓN RELATIVA A LA MANERA HABLAR.—Digo —en segundo lugar— que cuando los privilegiados coinciden en los privilegios con una oposición mutua, entonces el privilegiado no disfruta de su privilegio en contra de quien tenga igual privilegio, y, consiguientemente, éste no está obligado a respetarle al otro su privilegio.

Este es el sentido en que suele interpretarse esa fórmula, como se ve por COVARRUBIAS, el cual dice que ese es un axioma común, y se encuentra también en las AUTÉNTICAS y en el DIGESTO. Y se explica con los ejemplos de antes y con otros parecidos: si uno tiene el privilegio de coaccionar a su deudor, y el deudor tiene el privilegio de no poder ser coaccionado dentro de un determinado tiempo, el acreedor no podrá hacer uso de su privilegio en contra de tal deudor, etc.

La razón es que entonces coinciden dos privilegios de los cuales el uno es opuesto al otro, y, por tanto, no puede hacerse uso del uno en contra del otro, lo mismo que dicen los filósofos que cuando las fuerzas son iguales no hay acción posible.

Pero aunque el contenido de esta regla —así entendida— sea verdad, sin embargo, no sin razón puede dudarse sobre su formulación. En efecto, en ese caso en realidad no se le prohibe a uno hacer uso de su privilegio en contra de otro que tiene un privilegio igual sino un privilegio mayor, pues en ese caso coinciden dos privilegios —como quien dice— contrarios, ya que v.g. el tuyo es para imponerme a mí una carga, y el mío para que no pueda imponérseme; luego para que tú no puedas hacer uso de tu privilegio en contra de mí, es necesario que mi privilegio particular derogue el tuyo general; luego en relación contigo y en cuanto a la oposición, yo tengo un privilegio no igual sino mayor.

La cosa es clara por lo contrario: Entonces yo hago uso de mi privilegio en contra de ti impidiéndote hacer uso de tu privilegio en contra de mí; luego entonces falla la regla en cuanto a esto, pues ya el privilegiado disfruta de su privilegio en contra de quien tiene un privilegio igual —y así, aun siendo las fuerzas iguales, será posible la acción—, o ciertamente en ese caso no es sólo igual, sino superior en el privilegio, y, consiguientemente, el otro no tiene un privilegio igual sino menor.

6. ¿QUÉ HACER SI LOS DOS PRIVILEGIOS SON GENERALES Y NINGUNO DE LOS DOS DEROGA EXPRESAMENTE AL OTRO?—Porque cuando es clara la cosa, no hay que discutir sobre las fórmulas sino explicar el verdadero sentido de la frase. Pues bien, la verdad es que en ese caso —como consta suficientemente por lo dicho— coinciden dos privilegios —como quien dice— contrarios, que incluyen contradicción sea en sus actos sea —como quien dice— en sus objetos. Por eso es preciso que el uno prevalezca contra el otro para poder impedir su acción, ya se diga que el que prevalece —bajo ese aspecto— es

derogat, siue dicatur par, quia non valet ad agendum in aliud, sed tantum ad resistendum. Ex quo etiam sequitur, ad vsum illius regulæ necessarium esse, cõditiones priuilegiorum spectare, vt cõstet, quod priuilegium præualeat contra alterũ, vel possit illi resistere, quod infra circa mutationem priuilegiorum tractandum est. Vt v.g. si vnum sit generale, & aliud speciale, hoc præualet, nisi ei sit per specialem clausulam derogatum, tunc enim erit quasi ablatum priuilegium. Si vero vtrumq; priuilegium sit generale, & neutrum alteri expressè deroget, oportebit inspicere, quod sit antiquius, & dignius, vel à maiori potestate procedens, & idem cum proportione est, si vtrumque sit speciale iuxta principia, & regulas infra tradendas de priuilegijs contrarijs, quomodo componi possint, aut quod debeat cõtra alterum præualere. Vnde illud axioma, priuilegiatus nõ gaudet priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, hunc sensum habet, priuilegium non habet effectum cõtra aliud priuilegium, per quod derogatur, per quæ verba clarius, & prius idem explicatur, & cum eadem proportione verum est, priuilegium, vt habet rationem legis, non obligare eũ, qui per aliud priuilegiũ præualens exẽptus est, seu à tali obligatione exemptus, quæ limitatio, seu exceptio non est in præsenti specialis, sed in omni lege humana cum proportione locũ habet, vt per se constat.

Quid si vtrumq; priuilegium sit generale, & neutrũ alteri expresse deroget.

7. Aliud dubium circa hanc partem est, an priuilegium vt est lex interdum obliget etiam ipsum priuilegiarium. Nam quòd nemo cogendus sit vti priuilegio suo, in iure cautum videtur, C. *Si de terra*, de Priuileg. Et ratio reddi potest, quia, quod alicui concessum est in fauorem, non debet in eius grauamen verti, vt est regula iuris in 6. magnum autem esset grauamen si cogeretur quis suo priuilegio vti. Respondeo, in duobus casibus obligari priuilegiarium ad vtendũ priuilegio, nunquam tamen formaliter loquendo obligari suo priuilegio, vt suum est, ad vsum, seu obseruãtiam eius. Probo singulà.

Duplex casus obligationis priuilegiarij, vtẽdi suo priuilegio.

8. Primus enim casus huius obligationis est, quando aliquis non potest renũciare priuilegio suo, vt de priuilegio fori clericorum, vel canonis, & similibus supra dictum est. Tunc enim si occurrat casus, in quo vel cedendum sit priuilegio, vel illo vtendum, vt sæpe occurrere potest, obligabitur quis vti priuilegio; ne illi cedat, imò cum non possit validè cedere, licèt velit, cogitur illo vti, nec potest sine peccato consentire, vt contra illud fiat, & hoc est obligari ad vsũ, seu obseruantiam eius. Alter casus huius obligationis est, quoties per priuilegium fit actus licitus, qui antea non erat, vel tollitur obligatio, quæ antea erat: nam tunc superueniente alia lege præcipiente talem actum, poterit quis obligari ad actum per priuilegium concessum. Exemplis patet: nam qui habet priuilegium audiendi Missam tempore interdicti, obligabitur audire illam diebus festis ex præcepto Ecclesiæ, à cuius obseruantia excusaretur, si tale priuilegiũ non haberet, quia nõ erat ille actus licitus, postquam verò per priuilegium factus est licitus, cessat excusatio, vt dixi in tom. 3. de Sacram. disp. 88. sect. 6. Item coniux habens votum castitatis, tenetur reddere debitum alteri coniugi petenti, quia non esset illi licitum negare, nam contra iustitiam ageret; & nihilominus si petens adulter fuerit, vxor habens votum non tenebitur reddere, & consequenter obligabitur non reddere, sed seruare castitatem, quia licet in casu adulterij, sit priuilegium innocentis, vt non obligetur reddere debitũ adultero petenti, posito tali priuilegio fit licita obseruatio voti castitatis, & ideò obligat præceptum seruandi votũ, vt optime docuit Sanci. lib. 9. de Matrimon. disp. 6. num. 15.

Primus casus.

Secũdus casus.

Sancius.

9. Ex his autem facile est, probare vltimam partem assertionis. Nam in priori casu obligatio vtendi priuilegio est ratione totius communitatis, propter cuius commune bonum concessum est priuilegium, & ita non tam cogitur quis seruare priuilegium suum, quàm seruare priuilegium communitatis, seu non legere illã, prout grauiter offẽderetur, cedẽdo priuilegio. Declaratur à simili. Nam præceptum latum à capitulo obligat singulos de capitulo, ideoq; quicũq; illorum agens contra tale præceptum, peccat, non quia agit contra præceptũ suum, sed quia agit contra præceptum commu-

Præceptũ latum à capitulo obligat singulos capituli.

mayor en cuanto que deroga al otro, ya se diga que es igual por no tener fuerza para obrar contra el otro sino sólo para hacerle resistencia.

De esto se sigue también que, para la aplicación de esa regla, es necesario atender a la naturaleza de los privilegios, a fin de ver qué privilegio prevalece en contra del otro o puede hacerle resistencia. Esto lo explicaremos después al tratar de los cambios de los privilegios.

Por ejemplo, si el uno es general y el otro particular, prevalece éste, a no ser que se lo haya derogado con una cláusula especial, pues en ese caso como que habrá sido suprimido el privilegio.

Pero si ambos privilegios son generales y ninguno de los dos deroga expresamente al otro, será preciso ver cuál es más antiguo y más digno o nacido de un poder mayor. Y lo mismo sucede también si los dos privilegios son particulares, según los principios y reglas que se darán después sobre los privilegios contrarios, a saber, cómo pueden combinarse o cuál debe prevalecer contra el otro.

Por consiguiente, el axioma *El privilegiado no disfruta de su privilegio en contra de quien tiene un privilegio igual* tiene este sentido: El privilegio no tiene efecto en contra de otro privilegio que lo deroga. Estas palabras explican con mayor claridad y propiedad lo mismo. Y en la misma proporción es verdad que el privilegio —en cuanto que es ley— no obliga a aquel que por otro privilegio mayor ha quedado exento, o sea, eximido de tal obligación: esta limitación o excepción no es particular para este caso, sino que en su tanto tiene lugar en toda ley humana, como es evidente.

7. Dos casos en que el privilegiado está obligado a hacer uso de su privilegio.—Otro problema sobre esta parte es si el privilegio, en cuanto que es ley, obliga a veces incluso al mismo privilegiado, pues en el derecho parece que se prohibe que a nadie se le fuerce a hacer uso de su privilegio; y puede darse como razón que —según la regla del derecho en el libro 6.°— lo que a uno se le ha concedido como favor no debe convertirse en su gravamen: ahora bien, sería un gran gravamen el verse forzado a hacer uso de su privilegio.

Respondo que existen dos casos en los cuales el privilegiado está obligado a hacer uso del privilegio, pero que nunca está obligado al uso u observancia de su privilegio formalmente, es decir, en cuanto que es suyo. Voy a probar cada uno de estos puntos.

8. Primer caso.—Segundo caso.—El primer caso de esa obligación es cuando uno no puede renunciar a su privilegio, como se dijo antes acerca del privilegio del fuero de los clérigos o del canon y de otros parecidos: entonces, si se presenta el caso —como muchas veces puede presentarse— de que o se haya de ceder o se haya de hacer uso del privilegio, uno estará obligado a hacer uso del privilegio para no ceder de él; más aún, no pudiendo como no puede ceder válidamente aunque quiera, está obligado a hacer uso de él, ni puede sin pecado acceder a que se obre en contra de él: esto es estar obligado a su uso y observancia.

El otro caso de esa obligación es cuando por el privilegio se hace lícito un acto que antes no lo era, o se suprime una obligación que antes existía: entonces, al aparecer otra ley que mande tal acto, uno podrá estar obligado al acto concedido por el privilegio. Esto se ve claro en los ejemplos.

Quien tiene privilegio para oír misa en tiempo de entredicho, estará obligado —por el precepto de la Iglesia— a oírla en los días festivos. Si no tuviese tal privilegio estaría excusado de cumplir ese precepto, porque ese acto no era lícito; pero una vez que se ha hecho lícito por el privilegio, cesa la excusa, según dije en el tomo 3.° de Sacram. disp. 88, sect. 6.

Asimismo, el cónyuge que tiene voto de castidad, está obligado a acceder a la petición del otro cónyuge, y no le sería lícito negarse sin faltar a la justicia. Con todo, si el que hace la petición es adúltero, la esposa que tenga voto no estará obligada a acceder, y, consiguientemente, estará obligada a no acceder sino a guardar castidad, pues aunque en caso de adulterio es privilegio del inocente el no estar obligado a acceder a la petición del adúltero, supuesto tal privilegio la observancia del voto de castidad resulta lícita y, por tanto, obliga el precepto de guardar el voto, como muy bien enseñó Sánchez.

9. Un precepto dado por el capítulo obliga a cada uno de los capitulares.—Con esto resulta fácil probar la última parte de la tesis: En el primer caso la obligación de hacer uso del privilegio es por razón de toda la comunidad, por cuyo bien común se concedió el privilegio, y así uno se ve obligado no tanto a observar su privilegio cuanto a observar el privilegio de la comunidad o a no perjudicarla, como la perjudicaría cediendo del privilegio.

Expliquémoslo con una comparación: Un precepto dado por el capítulo obliga a cada uno de los capitulares, y, por tanto, cualquiera de ellos que obre contra tal precepto peca, no por obrar contra su propio precepto, sino por obrar contra el precepto común de la comunidad. Pues

communitatis. Ita ergo priuilegium cõmunitati concessum intuitu illius principaliter, communitatis est principaliter, & ideò vt lex est, obligat singulos de communitate, vt illo vtantur, quando oportuerit, quia si contra illud agant, non suum tantum, sed cõmunitatis priuilegium violabunt. In posteriori verò casu obligatio ad actum per priuilegiũ concessum, non prouenit ex lege priuilegij, sed ex lege, quæ aliunde supponitur, vt ex præcepto Ecclesiæ, aut voto. Et ita formaliter loquendo subsistit sẽper regula, quod nemo cogitur vti priuilegio suo, vtique quatenus lex priuata est ad suam peculiarem vtilitatem spectans. Et nullum est inconueniens, quòd supposito priuilegio, possit aliunde superuenire alia obligatio, quia priuilegium facit quãdam mutationem in materia, faciendo, vt sit licitum, quod antea non erat, qua mutatione facta, obligatio aliunde proueniens per accidẽs est, & non potest ratione priuilegij impediri.

CAPVT XXIIII.

Vtrum ad priuilegium vt lex est, & ad effectum eius sit necessaria promulgatio, vel quæ notitia sufficiat.

1. EXplicata virtute agendi priuilegij, oportet duas circunstãtias ad operãdum necessarias exponere, scilicet, tempus, & locum, & de hac posteriori dicemus in sequenti capite, de priori in præsenti. Solet autem lex exercere vim suam à tempore promulgationis consummatæ, & non antea, & præterea requirit notitiam, vel saltem carẽtiam inuincibilis ignorantiæ, vt cum effectu obliget, & ideo simul declarandũ erit, quomodo hæc ad effectum priuilegij requirantur: hac enim de causa (vt suprà dixi) disputationem de promulgatione, quæ ad formam pertinere videbatur, in hunc locum reseruaui. Quia verò multa in titulo comprehẽduntur, quę indistinctè tractari solent, ideò erit operæpretiũ distinguere duplicem illã rationem, quam in priuilegio sæpe distinximus, scilicet, specialis concessionis, & legis, priusque dicemus de illo, vt lex est, quoniam promulgatio ad legem

A vt lex est, requiritur. Ex hoc ergo capite videri potest necessaria promulgatio ad perfectam cõstitutionem priuilegij, & ad effectum eius, quia priuilegium est quædam lex, sed promulgatio est necessaria ad legis constitutionem, ita vt ante illam nondum sit vera lex; at lex non potest operari antequam sit; ergo nec priuilegium. Dices, priuilegium quatenus lex est, non operari, id est, non obligare ante promulgationem, operari tamen vt priuilegium, id est, fauorem cõcedendo. Sed contra, quia priuilegium non est prius priuilegium, quam sit lex; B tum quia de intrinseca ratione priuilegij, & quasi genus eius est, quod sit lex; tum etiam quia non potest priuilegium vni concedere beneficium, quin obliget alios ad seruandũ priuilegiario ius per priuilegium acquisitum.

Ratio dubitandi.

Opponitur

2 In contrarium verò est, quia priuilegium est lex tantum *secundum quid*, scilicet, lex priuata, & ideò non est eadem necessitas promulgationis in illo, quæ in lege communi, & propria esse solet. Nam lex generalis loquitur ad communitatem, & ideo per se requirit publicã notitiam, & propter hanc necessaria est C promulgatio. Hæc autem necessitas cessat in lege priuata, vt cõstat. Confirmatur, ac declaratur, quia aliud est, loqui de notitia, aliud de promulgatione: hęc enim duo diuersa sunt: nam potest ignorari lex promulgata, & sciri non promulgata. In priuilegio ergo necessaria esse poterit notitia, vt vim legis exerceat, obligando, illa verò sufficiet, etiã si non præcesserit promulgatio, quia cũ priuilegium sit lex priuata, sufficiet priuatim intimari illis, qui virtute illius obligandi sunt; alij verò ignorantes nõ obligabuntur ratione ignorantiæ, vel D quia forte ad illos non dirigitur obligatio priuilegij.

Obuiatur.

3 In hoc puncto distinguere possumus duplicia priuilegia. Quædam enim feruntur per vniuersales leges, quarum exempla sumi possunt ex cap. *Siquis sua dente*, Clement. *Dudum*, de Sepult. Clemẽt. vni. de Baptis. Clement. *Dignum*. de Celebrat. Missar. Clement. *Archiepiscopo*, de Priuileg. Alia verò sunt priuilegia, quæ priuatim concedũtur per particularia indulta, vel rescripta concessa particularibus personis, vel cõmunitatibus, vt Religio-

C. Siquis. Clem. Dudum. Clem. Dignum. Clem. Archiepiscop. de priuilegijs priuatim concessis.

lo mismo, un privilegio concedido a la comunidad en atención a ella principalmente, es principalmente de la comunidad, y, por tanto, en cuanto que es ley, obliga a cada uno de la comunidad a hacer uso de él cuando convenga, pues si obran contra él violarán no sólo su propio privilegio sino el privilegio de la comunidad.

En el segundo caso, la obligación al acto concedido por el privilegio no proviene de la ley del privilegio, sino de otra ley que se supone, por ejemplo, de un precepto de la Iglesia o de un voto, y así, en sentido formal, subsiste siempre la regla de que nadie está obligado a hacer uso de su privilegio, se entiende en cuanto que es una ley privada relativa a su peculiar provecho.

Ni hay inconveniente en que, supuesto el privilegio, pueda sobrevenir otra obligación por otro capítulo, porque el privilegio realiza un cambio en la materia haciendo que sea lícito lo que antes no lo era, y una vez realizado ese cambio, la obligación procedente de otro capítulo es accidental y no puede ser impedida por razón del privilegio.

CAPITULO XXIV

PARA EL PRIVILEGIO EN CUANTO QUE ES LEY, Y PARA SU EFECTO ¿ES NECESARIA LA PROMULGACIÓN? ¿QUÉ CONOCIMIENTO BASTA?

1. RAZÓN PARA DUDAR.—DIFICULTAD.—Explicada ya la virtud para obrar del privilegio, es preciso explicar dos circunstancias necesarias para que obre, a saber, el tiempo y el lugar: de este último hablaremos en el capítulo siguiente, del primero en este. Ahora bien, la ley, para que obligue de hecho, suele ejercitar su virtud desde el momento en que se completa la promulgación y no antes, y además requiere conocimiento o al menos ausencia de desconocimiento invencible: por eso, al mismo tiempo debemos explicar en qué forma se requieren estos elementos para el efecto del privilegio. Esta fue la causa —como dije antes— por la que dejé para este lugar el tratar de la promulgación, que parecía pertenecer a la forma.

Pero como en el título entran muchas cosas que suelen tratarse indistintamente, merece la pena distinguir el doble privilegio que tantas veces hemos distinguido, a saber, el de una concesión especial y el de ley; y primero hablaremos de él en cuanto que es ley, puesto que la promulgación se requiere para la ley en cuanto que es ley.

Por este capítulo la promulgación puede ser necesaria para que el privilegio quede plenamente constituido y tenga efecto, porque el privilegio es una ley; ahora bien, la promulgación es necesaria para que quede constituida la ley, de suerte que antes de ella no existe verdadera ley, y por otra parte, la ley no puede obrar antes de existir; luego tampoco el privilegio.

Se dirá que el privilegio, en cuanto ley, no obra, es decir, no obliga antes de la promulgación, pero que obra en cuanto privilegio, es decir, concediendo el favor.

Se responde que el privilegio no es privilegio antes de ser ley: lo primero, porque el ser ley pertenece a la íntima esencia del privilegio y es como su género; y lo segundo, porque el privilegio no puede concederle el beneficio a uno sin obligar a los otros a respetarle al privilegiado el derecho que ha adquirido por el privilegio.

2. SOLUCIÓN.—Pero en contra de esto está que el privilegio es ley sólo en un sentido limitado, es decir, es una ley privada, y, por tanto, la necesidad de promulgación no es para él la misma que suele haber para la ley común y propiamente dicha. En efecto, la ley general habla para la comunidad, y por eso de suyo requiere conocimiento público, y para este conocimiento es necesaria la promulgación; ahora bien, esta necesidad —como queda claro— desaparece tratándose de una ley privada.

Confirmación y explicación: Una cosa es hablar del conocimiento, y otra de la promulgación, pues son dos cosas distintas: puede desconocerse una ley promulgada, y conocerse una no promulgada; pues bien, tratándose del privilegio, podrá ser necesario el conocimiento para que ejercite su fuerza de ley obligando, pero ese conocimiento bastará aunque haya precedido la promulgación, pues, siendo el privilegio una ley privada, bastará que se intime privadamente a aquellos que en su virtud quedarán obligados: los otros que lo desconocen, no quedarán obligados por razón de ese desconocimiento o porque tal vez la obligación del privilegio no se dirige a ellos.

3. PRIVILEGIOS CONCEDIDOS EN PRIVADO.—En este punto podemos distinguir dos clases de privilegios.

Unos se dan mediante leyes universales, por ejemplo, los del cap. *Si quis suadente* y de las CLEMENTINAS *Dudum, Dignum* y *Archiepiscopo*.

Otros privilegios hay que se conceden en privado mediante particulares indultos o rescriptos concedidos a personas o comunidades

communitatis. Ita ergo priuilegium cõmunitati concessum intuitu illius principaliter, communitatis est principaliter, & ideò vt lex est, obligat singulos de communitate, vt illo vtantur, quando oportuerit, quia si contra illud agant, non suum tantum, sed cõmunitatis priuilegium violabunt. In posteriori verò casu obligatio ad actum per priuilegiũ concessum, non prouenit ex lege priuilegij, sed ex lege, quæ aliunde supponitur, vt ex præcepto Ecclesiæ, aut voto. Et ita formaliter loquendo subsistit sẽper regula, quod nemo cogitur vti priuilegio suo, vtique quatenus lex priuata est ad suam peculiarem vtilitatem spectans. Et nullum est inconueniens, quòd supposito priuilegio, possit aliunde superuenire alia obligatio, quia priuilegium facit quãdam mutationem in materia, faciendo, vt sit licitum, quod antea non erat, qua mutatione facta, obligatio aliunde proueniens per accidẽs est, & non potest ratione priuilegij impediri.

CAPVT XXIIII.

Vtrum ad priuilegium vt lex est, & ad effectum eius sit necessaria promulgatio, vel quæ notitia sufficiat.

1. EXplicata virtute agendi priuilegij, oportet duas circunstãtias ad operãdum necessarias exponere, scilicet, tempus, & locum, & de hac posteriori dicemus in sequenti capite, de priori in præsenti. Solet autem lex exercere vim suam à tempore promulgationis consummatæ, & non antea, & præterea requirit notitiam, vel saltem carẽtiam inuincibilis ignorantiæ, vt cum effectu obliget, & ideo simul declarandũ erit, quomodo hæc ad effectum priuilegij requirantur: hac enim de causa (vt suprà dixi) disputationem de promulgatione, quæ ad formam pertinere videbatur, in hunc locum reseruaui. Quia verò multa in titulo comprehẽduntur, quę indistinctè tractari solent, ideò erit operæpretiũ distinguere duplicem illã rationem, quam in priuilegio sæpe distinximus, scilicet, specialis concessionis, & legis, priusque dicemus de illo, vt lex est, quoniam promulgatio ad legem

A vt lex est, requiritur. Ex hoc ergo capite videri potest necessaria promulgatio ad perfectam cõstitutionem priuilegij, & ad effectum eius, quia priuilegium est quædam lex, sed promulgatio est necessaria ad legis constitutionem, ita vt ante illam nondum sit vera lex; at lex non potest operari antequam sit; ergo nec priuilegium. Dices, priuilegium quatenus lex est, non operari, id est, non obligare ante promulgationem, operari tamen vt priuilegium, id est, fauorem cõcedendo. Sed contra, quia priuilegium non est prius priuilegium, quam sit lex; B tum quia de intrinseca ratione priuilegij, & quasi genus eius est, quod sit lex; tum etiam quia non potest priuilegium vni concedere beneficium, quin obliget alios ad seruandũ priuilegiario ius per priuilegium acquisitum.

Ratio dubitandi.

Opponitur

2 In contrarium verò est, quia priuilegium est lex tantum *secundum quid*, scilicet, lex priuata, & ideò non est eadem necessitas promulgationis in illo, quæ in lege communi, & propria esse solet. Nam lex generalis loquitur ad communitatem, & ideo per se requirit publicã notitiam, & propter hanc necessaria est C promulgatio. Hæc autem necessitas cessat in lege priuata, vt cõstat. Confirmatur, ac declaratur, quia aliud est, loqui de notitia, aliud de promulgatione: hęc enim duo diuersa sunt: nam potest ignorari lex promulgata, & sciri non promulgata. In priuilegio ergo necessaria esse poterit notitia, vt vim legis exerceat, obligando, illa verò sufficiet, etiã si non præcesserit promulgatio, quia cũ priuilegium sit lex priuata, sufficiet priuatim intimari illis, qui virtute illius obligandi sunt; alij verò ignorantes nõ obligabuntur ratione ignorantiæ, vel D quia forte ad illos non dirigitur obligatio priuilegij.

Obuiatur.

3 In hoc puncto distinguere possumus duplicia priuilegia. Quædam enim feruntur per vniuersales leges, quarum exempla sumi possunt ex cap. *Siquis sua dente*, Clement. *Dudum*, de Sepult. Clemẽt. vni. de Baptis. Clement. *Dignum*. de Celebrat. Missar. Clement. *Archiepiscopo*, de Priuileg. Alia verò sunt priuilegia, quæ priuatim concedũtur per particularia indulta, vel rescripta concessa particularibus personis, vel cõmunitatibus, vt Religio-

C. Siquis. Clem. Dudum. Clem. Dignum. Clem. Archiepiscop. de priuilegijs priuatim concessis.

lo mismo, un privilegio concedido a la comunidad en atención a ella principalmente, es principalmente de la comunidad, y, por tanto, en cuanto que es ley, obliga a cada uno de la comunidad a hacer uso de él cuando convenga, pues si obran contra él violarán no sólo su propio privilegio sino el privilegio de la comunidad.

En el segundo caso, la obligación al acto concedido por el privilegio no proviene de la ley del privilegio, sino de otra ley que se supone, por ejemplo, de un precepto de la Iglesia o de un voto, y así, en sentido formal, subsiste siempre la regla de que nadie está obligado a hacer uso de su privilegio, se entiende en cuanto que es una ley privada relativa a su peculiar provecho.

Ni hay inconveniente en que, supuesto el privilegio, pueda sobrevenir otra obligación por otro capítulo, porque el privilegio realiza un cambio en la materia haciendo que sea lícito lo que antes no lo era, y una vez realizado ese cambio, la obligación procedente de otro capítulo es accidental y no puede ser impedida por razón del privilegio.

CAPITULO XXIV

PARA EL PRIVILEGIO EN CUANTO QUE ES LEY, Y PARA SU EFECTO ¿ES NECESARIA LA PROMULGACIÓN? ¿QUÉ CONOCIMIENTO BASTA?

1. RAZÓN PARA DUDAR.—DIFICULTAD.—Explicada ya la virtud para obrar del privilegio, es preciso explicar dos circunstancias necesarias para que obre, a saber, el tiempo y el lugar: de este último hablaremos en el capítulo siguiente, del primero en este. Ahora bien, la ley, para que obligue de hecho, suele ejercitar su virtud desde el momento en que se completa la promulgación y no antes, y además requiere conocimiento o al menos ausencia de desconocimiento invencible: por eso, al mismo tiempo debemos explicar en qué forma se requieren estos elementos para el efecto del privilegio. Esta fue la causa —como dije antes— por la que dejé para este lugar el tratar de la promulgación, que parecía pertenecer a la forma.

Pero como en el título entran muchas cosas que suelen tratarse indistintamente, merece la pena distinguir el doble privilegio que tantas veces hemos distinguido, a saber, el de una concesión especial y el de ley; y primero hablaremos de él en cuanto que es ley, puesto que la promulgación se requiere para la ley en cuanto que es ley.

Por este capítulo la promulgación puede ser necesaria para que el privilegio quede plenamente constituido y tenga efecto, porque el privilegio es una ley; ahora bien, la promulgación es necesaria para que quede constituida la ley, de suerte que antes de ella no existe verdadera ley, y por otra parte, la ley no puede obrar antes de existir; luego tampoco el privilegio.

Se dirá que el privilegio, en cuanto ley, no obra, es decir, no obliga antes de la promulgación, pero que obra en cuanto privilegio, es decir, concediendo el favor.

Se responde que el privilegio no es privilegio antes de ser ley: lo primero, porque el ser ley pertenece a la íntima esencia del privilegio y es como su género; y lo segundo, porque el privilegio no puede concederle el beneficio a uno sin obligar a los otros a respetarle al privilegiado el derecho que ha adquirido por el privilegio.

2. SOLUCIÓN.—Pero en contra de esto está que el privilegio es ley sólo en un sentido limitado, es decir, es una ley privada, y, por tanto, la necesidad de promulgación no es para él la misma que suele haber para la ley común y propiamente dicha. En efecto, la ley general habla para la comunidad, y por eso de suyo requiere conocimiento público, y para este conocimiento es necesaria la promulgación; ahora bien, esta necesidad —como queda claro— desaparece tratándose de una ley privada.

Confirmación y explicación: Una cosa es hablar del conocimiento, y otra de la promulgación, pues son dos cosas distintas: puede desconocerse una ley promulgada, y conocerse una no promulgada; pues bien, tratándose del privilegio, podrá ser necesario el conocimiento para que ejercite su fuerza de ley obligando, pero ese conocimiento bastará aunque haya precedido la promulgación, pues, siendo el privilegio una ley privada, bastará que se intime privadamente a aquellos que en su virtud quedarán obligados: los otros que lo desconocen, no quedarán obligados por razón de ese desconocimiento o porque tal vez la obligación del privilegio no se dirige a ellos.

3. PRIVILEGIOS CONCEDIDOS EN PRIVADO.—En este punto podemos distinguir dos clases de privilegios.

Unos se dan mediante leyes universales, por ejemplo, los del cap. *Si quis suadente* y de las CLEMENTINAS *Dudum, Dignum* y *Archiepiscopo*.

Otros privilegios hay que se conceden en privado mediante particulares indultos o rescriptos concedidos a personas o comunidades

Religionibus, Vniuersitatibus, vel etiã Hospitalibus in quibus prius solent poni concessiones, & postea adiungi præcepta, vel prohibitiones sub censuris, vt nemo talia indulta impediat, &c. In prioribus priuilegijs affirmant Doctores, necessariam esse promulgationem; de posterioribus autem negant. Hanc distinctionem insinuat Felin. in capite *Cognoscentes*, de Constit. n. 7. limit. 3. licet enim primum membrum non ita clarè exprimat, sicut secundum; vtrumque tamen intendit, vt ex discursu, & ratione eius constat. Et in eam sententiam citat Baldum, & alios, loquitur tamen indistinctè de priuilegijs, vt fauores sunt, vel vt sunt leges. Clarius tradit distinctionem illam Glossa in Proœm. Clemẽ. verb. *De cætero*, & vtrumque membrum amplectitur, estque sententia valde probabilis, si rectè explicetur.

Felin.

Glossa.

4. Primum ergo membrum de legibus communibus tribuentibus priuilegia, probatur optimè ex l. Penult. C. de Decuri. lib. 10. in fine ibi, *Ex die, quo promulgata est.* Ratio verò est, quia ante promulgationẽ non habent vim legis; ergo ante promulgationem nullam vim obligãdi habere possunt, siue ad effectum priuilegij, siue ad quemcumq; alium. Confirmatur, quia in talibus legibus, vel priuilegium inseritur tanquam accessoriũ principali, vel ponitur vt principalis effectus ipsius legis, propter quem stabiliendum lex fertur. Si priori modo contineatur priuilegium in lege, necesse est vt tanquam accessorium sequatur naturam principalis, & consequenter, sicut lex requirit promulgationem, ita etiam priuilegium, quod est accessoriũ illius, ergo nõdum constituto sufficiẽter principali, non poterit esse, vel obligare accessorium. Exemplum sumi potest ab indulgentiarum concessione, in quibus habet etiam locum distinctio data: nam frequentius quidem conceduntur priuatim, aliquando verò dantur per legẽ publicam, seu commune ius, vt patet ex Extrauag. 1. de Reliq. & vener. Sanctor. inter communes, cum similibus. Quando ergo hoc posteriori modo dantur, non possunt habere efficaciam, donec lex ipsa promulgata sufficiẽter sit propter rationes factas; idem ergo est in præsenti. Et licet hoc exemplum principaliter videatur procedere de priuilegio, vt priuilegium est, nihilominus in de à fortiori sequitur, idem esse de illo dicendum, vt lex est. Nam si tale priuilegium in ratione priuilegij non est efficax, imò nec subsistit ante promulgationem, multo minus poterit obligare. Et inde facilè probatur aliud membrũ, vbi lex tota principaliter tendit ad cõstituendum priuilegium, & illud habet quasi pro obiecto, & fine, vt videre licet in canone *Siquis suadente*, & in Clementinis allegatis, tunc enim lex nõdum promulgata non potest efficere suum principalem effectum; ergo non potest obligare ad priuilegium obseruãdum, quod nondum sufficienter constitutum est.

A

B

Ex quo obiter infero, ipsum priuilegiarium non posse obligari ad aliquid ratione, vel occasione sui priuilegij ante promulgationem priuilegij, vel legis, ex qua nascitur talis obligatio. Explicatur ex suprà dictis: nam vel illa obligatio nascitur ex priuilegio priuato, seu in particularem cõmoditatem principaliter concesso, & tunc non est ipsum priuilegium per se causa obligationis, sed per accidens quasi remouens prohibens, & ideo in ipso priuilegio non est necessaria promulgatio, sed notitia, vt infrà dicetur, tamen in lege per se obligante necessariò supponẽda est promulgatio, vt per se constat. Vel obligatio nascitur ex priuilegio concesso communitati principaliter intuitu illius, licet singulis membris profit: & tunc in tali priuilegio includitur necessario lex generalis obligãs totam communitatem, & ideo necesse est, vt respectiuè sit sufficienter promulgata, & in ratione communis legis proposita, vt possit singulos de communitate obligare ad seruãdum, seu non violandum priuilegium; ergo respectu priuilegiarij, vt obligari possit priuilegio præsupponi debet promulgatio sufficiens iuxta modum legis obligantis.

C

D

5. *Priuilegiarium nõ posse obligari ad aliquid ratione priuilegij, ante eius promulgationem.*

Secundum membrum distinctionis, & sententiæ propositæ non caret aliqua difficultate. Nam licet priuilegium dicatur lex priuata quoad effectum per se, intentum, scilicet, fauorẽ priuatum, & ius speciale, quod constituit, nihilominus quatenus vim habet cõtra alios, respectu priuilegiati aliquod grauamẽ, aut

6. *De secũdo membro sẽtentiæ propositæ.*

particulares, como religiones, universidades u hospitales: en ellos primero suelen ponerse las concesiones y después añadirse preceptos o prohibiciones bajo censuras para que nadie impida tales indultos, etc.

Tratándose de los primeros privilegios, los doctores afirman que es necesaria la promulgación; de los segundos lo niegan.

Esta distinción la insinúa FELINO en el cap. *Cognoscentes,* pues aunque lo primero no lo exprese tan claramente como lo segundo, pero en ambas cosas piensa, como se ve por el desarrollo y por la razón que aduce. Como defensores de esa opinión cita a BALDO y a otros, pero habla de los privilegios sin distinguir en ellos los dos aspectos de favores y de leyes.

Más claramente hace esa distinción la GLOSA DEL PROEMIO DE LAS CLEMENTINAS y pone las dos clases de privilegios, y, si se explica bien, es una opinión muy probable.

4. La primera parte —sobre las leyes comunes que conceden privilegios— se prueba muy bien por la ley del CÓDIGO en que se dice *Desde el día en que fue promulgada.* Y la razón es que antes de la promulgación no tienen fuerza de ley; luego antes de la promulgación no pueden tener fuerza alguna obligatoria ni para el efecto del privilegio ni para ningún otro efecto.

Confirmación: En tales leyes, o el privilegio se añade como una cosa accesoria a otra principal, o se pone como principal efecto de la ley misma, para establecer el cual se da la ley.

Si el privilegio va incluido en la ley de la primera manera, es preciso que —como cosa accesoria— se amolde a la naturaleza de lo principal, y, consiguientemente, así como la ley requiere promulgación, también la requiere el privilegio, que es su accesorio; luego mientras no esté suficientemente constituido lo principal, no podrá existir ni obligar lo accesorio.

Un ejemplo puede tomarse de la concesión de indulgencias, en las cuales cabe también la distinción que se ha hecho: lo más frecuente es que se concedan en particular, pero algunas veces se dan mediante ley pública o derecho común, como aparece en las EXTRAVAGANTES. Luego cuando se dan de esta segunda manera, no pueden tener eficacia —por las razones aducidas— mientras la ley misma no esté suficientemente promulgada; luego lo mismo sucede en nuestro caso.

Y aunque este ejemplo parece valer principalmente para el privilegio en cuanto privilegio, pero de ahí se sigue con mayor razón que lo mismo se ha de decir de él en cuanto ley, pues si tal privilegio, en cuanto privilegio, no es eficaz y ni siquiera puede subsistir antes de la promulgación, mucho menos podrá obligar.

Y con eso se prueba fácilmente la otra parte de cuando toda la ley tiende principalmente a constituir el privilegio y lo tiene como por objeto y fin, como puede verse en el canon *Si quis suadente* y en las clementinas aducidas: entonces la ley, no promulgada todavía, no puede producir su principal efecto; luego no puede obligar a respetar un privilegio que todavía no está suficientemente constituido.

5. EL PRIVILEGIADO, POR RAZÓN DEL PRIVILEGIO, NO PUEDE QUEDAR OBLIGADO A NADA ANTES DE SU PROMULGACIÓN.—De esto deduzco —de paso— que el privilegiado mismo no puede quedar obligado a nada —por razón o con ocasión de su privilegio— antes de la promulgación del privilegio o de la ley de que nace tal obligación.

Lo explico por lo que dijimos antes.

Si esa obligación nace de un privilegio privado o concedido principalmente para un provecho particular, entonces el privilegio mismo no es causa de la obligación de suyo, sino accidentalmente como quien aparta un impedimento, y por eso, tratándose del privilegio mismo, no es necesaria la promulgación sino el conocimiento, como se dirá después, aunque tratándose de la ley, que obliga de suyo, necesariamente hay que suponer la promulgación, como es evidente.

Y si la obligación nace de un privilegio concedido a la comunidad principalmente en atención a ella aunque aproveche a cada uno de sus miembros, entonces en tal privilegio necesariamente va incluida una ley general que obliga a toda comunidad, y por eso es necesario que, respecto de la comunidad, haya sido suficientemente promulgada y propuesta como ley común, a fin de que pueda obligar a cada miembro de la comunidad a respetarla o a no violar el privilegio. Luego respecto del privilegiado, para que pueda quedar obligado por el privilegio, debe presuponerse una promulgación suficiente a la manera de las leyes obligatorias.

6. SEGUNDA PARTE DE LA OPINIÓN PROPUESTA.—La segunda parte de la distinción y de la opinión propuesta no carece de alguna dificultad. Aunque al privilegio se lo llame ley privada en cuanto al efecto que busca de suyo, a saber, el favor privado y el derecho especial que constituye, sin embargo, en cuanto que tiene fuerza contra otros imponiéndoles algún gravamen u obligación respecto del privilegiado, es

aut obligationē illis imponendo, sic habet rationem legis communis, quia vniuersaliter loquitur ad omnes, & omnes obligare potest, ad quos materia priuilegij pertinuerit. Ergo vt tale priuilegium sub hac ratione obliget, necessaria est promulgatio propria, qualis in lege communi postulatur. Antecedens videtur notum ex terminis, & ex vsitato tenore talium priuilegiorum. Consequentia verò probatur, quia eadem necessitas, & ratio promulgationis inuenitur in tali priuilegio sub dicta ratione spectato, vt ex discursu facto notum videtur. Et confirmatur, quia lex priuilegij alijs non promulgata facile poterit ab eis ignorari, & ita poterunt ab obseruatione priuilegij excusari, neque ob eā transgressionem merito puniri poterūt quia secluſa promulgatione nemo tenetur legis scientiam inquirere.

7. *Conclusio.* Nihilominus dicendum est, in huiusmodi priuilegio non requiri propriam promulgationem ad quancunque obligationem, quę respectu aliorum ex illo potest oriri. Probo primo ex vsu, quia nō solent talia priuilegia solenniter promulgari, & nihilominus censentur obligare quantū possunt, si sufficienter probentur, & notificentur. Secundo declaratur ex re ipsa, nam hæc obligatio dupliciter potest intelligi exoriri. Primo per naturalem resultantiā, & consequutionem, sicut ex præscriptione sequitur obligatio non priuandi alterum re legitimè præscripta; alio modo directè ratione præcepti impositi in ipso priuilegio ab authore illius, sicut in bullis Pōtificijs, quæ in fauorem religionum, vel aliorū expediuntur, fieri solet. Ad priorem igitur modum obligationis non est necessaria promulgatio priuilegij, sed sufficit notitia, moraliter certa de iure concesso alteri per priuilegium, quia statim ex naturali ratione iustitiæ oritur obligatio, facta in materia tali mutatione, sicut facta donatione alicuius rei alteri, statim resultat naturalis obligatio non priuandi donatarium iure acquisito in talem rem, neque oportet, donationem promulgari, sed satis est, vt sit nota, sic enim concessio priuilegij est veluti donatio quędam. Vnde hoc non procedit tantum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori, si in illo priuilegium sufficienter probetur, quod onus priuilegiario incumbit. Et ita videmus in iure canonico iuxta huiusmodi priuilegia passim proferri sententiam, nec in illis requiri promulgationem, sed probationem.

Duplex titulus promulgation.

Neque etiam ad alium modum obligationis necessaria est solennis promulgatio, sed sufficiens præcepti intimatio per authentica instrumenta, vel æquiualentem probationem, vt consuetudo etiam probat. Et ratio est, quia tale præceptum non imponitur Ecclesiæ, aut alicui communitati per se, propter publicum bonum, vel gubernationem, sed ponitur vt particulare præceptum alijs datum in fauorem priuilegiarij, solum ad effectum, ac obseruantiam priuilegij, & ideò nō est in illo necessaria solennis promulgatio, sed particularis notificatio accommodata fini talis præcepti. Confirmari hoc potest, quia in tali indulto priuilegium ipsum est principale, præceptum autem quasi accessoriū, & ideò sequitur naturam principalis, ideoque vt lex priuata reputatur, ad quam solennis promulgatio non requiritur. Denique ob eandem causam cura notificandi priuilegium non spectat ad Principem, sicut pertinere solet cura solennis promulgationis vbi est necessaria, sed spectat ad ipsum priuilegiarium, qui poterit priuilegium suum intimare, aut notum facere, prout sibi vtile fuerit. Atque hoc tam in foro cōscientiæ, quam in foro exteriori locum habet, quia eadem est vtriusque ratio, supposita sufficienti probatione. Vnde si tale præceptum priuilegio insertum habeat annexam excommunicationem ipso facto, illam in conscientia incurrit, qui contumax fuerit contra tale præceptum, si sufficienter intimatum, & in iudicio exteriori talis veniet declarandus, si eius cōtumacia, habita post sufficientem notitiam priuilegij, & præcepti in eo impositi sub tali censura, legitime probetur.

8.

Cura notificandi priuilegium nō spectat ad principem, sicut solet cura solennis promulgationis.

Y pone como argumento una comparación, que también emplea BÁRTOLO: que por el legado, el legatario adquiere el derecho aunque lo desconozca, derecho que no es sobre cosa propia, porque no hay propiedad hasta que el heredero recibe la herencia, según el DIGESTO, sobre el cual observan esto las GLOSAAS, BÁRTOLO y los doctores, y también COVARRUBIAS y ANTONIO GÓMEZ. Así que el derecho del le-

uarr. in capite *Rainaldus*, de Testament. §. 1. numer. 1. & Anton. Gom. 1. tomo Variar. cap. 19. num. 7. Illud ergo ius legatarij in principio imperfectum est; idem ergo erit in priuilegio, nam (vt dixi) æquiparantur. Hæc verò sententia si aliquid intendit per hanc explicationem, quod sit diuersum à præcedenti, minus verisimilis est; oportebit enim, vt illud ius, quod acquiri dicitur priuilegiario ignoranti, saltem sit ius ad rẽ, tum quia nihil aliud potest intelligi ante ius in re, quod per acceptationem acquiritur; tum etiam quia tale censetur esse ius legatarij ignorantis ad legatum saltem ante aditam hæreditatem; hoc autem dici non potest; ergo.

Anto. Gomez.

9. Ostendo assumptum in minori propositione, excludendo æquiparationem cum legato, nam licet in hoc seruent aliquam proportionem, quòd sicut legatum pendet à voluntate testatoris, per quam fit, ita priuilegium à voluntate concedentis, nihilominus simpliciter sunt longè diuersa, & non oportet, vt in omnibus seruent similitudinem, & præsertim in his, quæ per speciale ius sunt disposita in legato, & non in priuilegio, quale est illud, quod assumitur. Et præterea in hoc ipso intercedit notabilis differentia, nam legatum non dat ius, nisi post mortem testatoris, quando voluntas eius retractabilis non est. Priuilegium autem à concedente, qui viuere supponitur, retractari potest, dum acceptatum non est. Præterea in priuilegijs dispensantibus, seu datis tantum ad auferenda onera, non potest intelligi tale ius ad rem; imò nec aliquis effectus prior ipsa dispensatione, vel ablatione vinculi, præter delegationem ad dispensandum, de qua certum est, non comparari ante acceptationem, neque aliquod ius ad illam. Vnde etiam de alijs omnibus priuilegijs concessiuis, sine fundamento, vel doctrinæ consequutione fingitur tale ius ad rem. Nam peto, contra quem est illud ius? maxime enim contra concedentem, quia contra alios esse non potest, vt constat, sed neq; contra concedentem vllum insurgit ius, vel obligatio, cum eius concessio, quæ est quasi quædam donatio, non dum fuerit acceptata, & consequenter liberè potuerit reuocari; ergo. Vnde contra illud membrum generaliter procedit ratio, quæ pro altero fit, quia illud ius, quodcumque fit debet esse effectus priuilegij; at hoc esse non potest, quia priuilegium nihil operari potest in non dũ volentem, & acceptantem. Nec enim minus requiritur acceptatio ad acquirẽdum ius ad rem, quàm in re, vt in alijs donationibus constat, ideò ènim liberè reuocari possunt ante acceptationem, saltem stando in communi iure. L. *Absenti.* ff. de Donat. l. *Ne ambigi.* C. eod. Denique plus est, acquirere ius, siue in re, siue ad rem, quam donationem fieri irreuocabilem, sed priuilegium ante notitiam, & acceptationem non est irreuocabile; ergo signum est, non contulisse aliquod ius.

A B

10. Sexta sententia aliter distinguẽs ex parte modi concedendi priuilegium.

Sexta ergo sententia distinguit aliter ex parte modi concedendi priuilegiũ, interdum enim fit propria sponte concedentis priuilegiario non petente, nec per se, nec per alium, & tunc censet procedere primam opinionem propter fũdamentum suum. Aliquando verò conceditur priuilegium ad petitionem partis, quam per se, vel per epistolas, aut nuncium facit, & tunc iuxta hanc sententiam statim à concessione incipit operari. Quia statim, ac priuilegium datur, acceptatur, vel per procuratorem, vel per epistolas, imò acceptatio tunc videtur antecedenter facta ex vi petitionis quasi sub conditione, *si Princeps concedat*; ergo nulla superest necessitas notitiæ concessionis in priuilegiario ad effectum priuilegij; quia solum propter acceptationem postulatur; ergo nihil aliud est, quod ex parte priuilegiarij desideretur; ergo cum voluntas Principis sit efficax, statim operatur. Et hanc sentẽtiam tradit Sylueſt. verb. *Priuilegium*. q. vlt. & verb. *Renunciatio*, q. 4. Tabien. verb. *Indulgentia*, q. 20. Rosel. n. 8. sequitur Sanci. referens plures lib. 1. de Matrim. disp. 6. num. 29. Et hæc sententia forte non est contraria primæ, nam eosdem ferè habet auctores; sed est eius declaratio, & moderatio, proximeq; ad veritatem accedit, aliqua tamen maiori indiget explicatione, quæ partim restrictionem maiorem, partim aliquam ampliationem contineat. Igitur in primis aduerto, quæstionẽ hanc posse tractari de possibili, vel de facto, id

C D

Sylueſt. Tabien. Rosel. Sanci.

Duplex sẽsus quæstionis.

gatario al principio es imperfecto; luego lo mismo sucederá con el privilegio, pues —según he dicho— se equiparan.

Pero esta opinión, si con esa explicación pretende algo distinto de la anterior, es menos verisímil. En efecto, será preciso que ese derecho que se dice que adquiere el privilegiado aun desconociéndolo, sea al menos un derecho a hacer propia la cosa: lo primero, porque ningún otro derecho puede concebirse anterior al derecho sobre la cosa —como propia— que se adquiere por la aceptación; y lo segundo, porque tal se juzga que es el derecho del legatario desconocedor del legado respecto de éste, al menos antes de que el heredero reciba la herencia; ahora bien, esto es inadmisible.

9. Voy a demostrar la afirmación de la proposición menor excluyendo la equiparación con el legado.

Es cierto que hay cierta semejanza entre ellos en que, así como el legado depende de la voluntad del testador, que es la que lo hace, así el privilegio depende de la voluntad del que lo concede. Sin embargo, son cosas sencillamente distintas y no es necesario que en todo sean iguales, sobre todo en las cosas que por un derecho especial se han dispuesto para el legado y no para el privilegio, cual es eso que se afirma.

Además, en aquello mismo hay una notable diferencia, y es que el legado no da derecho más que después de la muerte del testador, cuando su voluntad no es retractable; en cambio el privilegio, mientras no haya sido aceptado, puede ser retractado por el que lo dio, el cual —por hipótesis— vive.

Además, en los privilegios dispensatorios o que se dan únicamente para quitar cargas, no puede concebirse tal derecho a hacer propia la cosa ni siquiera efecto alguno anterior a la misma dispensa o supresión del vínculo, a excepción de la delegación para dispensar, de la cual es cosa cierta que no se adquiere antes de la aceptación ni tampoco derecho alguno a ella. Por consiguiente, tampoco hay base ni lógica doctrinal para afirmar tal derecho a hacer propia la cosa tratándose de todos los otros privilegios concesivos.

Porque pregunto: ¿Contrario a quién es ese derecho? De serlo, ante todo lo será a quien lo concede, ya que —como es claro— no puede ser contrario a otros; ahora bien, tampoco contra el que lo concede surge ningún derecho u obligación, dado que su concesión, que es como una donación, todavía no ha sido aceptada y consiguientemente libremente ha podido ser revocada.

Por eso, en contra de esa parte vale en general la razón que se aduce en favor de la otra, a saber, que ese derecho —sea el que sea— debe ser efecto del privilegio; ahora bien, esto no es posible, porque el privilegio nada puede obrar con relación a quien todavía no lo quiere ni lo ha aceptado, puesto que no menos se requiere la aceptación para adquirir el derecho a hacer suya una cosa que para ejercitar el derecho sobre una cosa suya, como es claro tratándose de otras donaciones: por eso precisamente pueden ser revocadas libremente antes de la aceptación, al menos si nos atenemos al derecho común del DIGESTO y del CÓDIGO.

Por último, más es adquirir un derecho sobre una cosa propia o a hacer suya una cosa, que el que una donación se haga irrevocable; ahora bien, el privilegio, antes de ser conocido y aceptado, no es irrevocable; luego es señal de que no ha dado ningún derecho.

10. SEXTA OPINIÓN, CON UNA DISTINCIÓN DIFERENTE POR PARTE DEL MODO DE CONCEDER EL PRIVILEGIO.—DOBLE SENTIDO DEL PROBLEMA.—PARA ALGUNOS EFECTOS DEL PRIVILEGIO SE REQUIERE LA ACEPTACIÓN, PARA OTROS NO.—¿PARA QUÉ EFECTO SE REQUIERE EL CONOCIMIENTO DEL PRIVILEGIO?—La sexta opinión hace una distinción diferente por parte del modo de conceder el privilegio. Unas veces se hace por propio impulso del que lo concede y sin pedirlo el privilegiado ni por sí mismo ni por otro, y entonces juzga que es válida la primera opinión, y eso por razón de su argumento; otras veces se concede el privilegio a petición de la parte, que la hace por sí misma, por carta o por procurador, y entonces —según esta opinión— comienza a tener su efecto a partir del momento de la concesión, pues tan pronto como el privilegio se da, se acepta —sea por procurador, sea por carta—, más aún, la aceptación parece que entonces se hace previamente en virtud de la petición como condicionalmente *Si el príncipe lo concede*. Luego no queda ninguna necesidad del conocimiento de la concesión —por parte del privilegiado— para el efecto del privilegio, pues lo único por que se exige ese conocimiento es por razón de la aceptación; luego ninguna otra cosa se echa de menos por parte del privilegiado; luego —siendo como es eficaz la voluntad del príncipe— al punto produce su efecto.

Esta opinión enseñan SILVESTRE, TABIENO y ROSELLI, y les sigue SÁNCHEZ, que cita a otros más. Y tal vez esta opinión no es contraria a la primera, puesto que la sostienen casi los mismos autores, sino que es una explicación y suavización de ella; y está muy cerca de la verdad, aunque necesita alguna mayor explicación que en parte la restrinja y en parte la amplíe.

Así pues —en primer lugar— advierto que este problema puede discutirse en el terreno de los hechos, a saber, si el que da el privilegio

id est, an dans priuilegium, si velit, possit illud ita conferre, vt ante notitiam priuilegiarij habeat suum effectum in illum; vel an, licèt Princeps hoc possit, nihilominus de facto, & secundùm legẽ ordinariam nunquã illud ita concedat.

Ad aliquẽ effectũ priuilegij requiritur acceptatio ad alium verò minimè.

Deinde considero, aliquando talem esse effectum priuilegij, vt ad illum moraliter non requiratur consensus, vel acceptatio priuilegiarij, vt est v.g. exemptio alicuius, vt excommunicari non possit, quia hic effectus non fit in illo directè, sed resultat in illo, auferẽdo ab alio potestatem excõmunicandi illum. Sæpius verò effectus priuilegij talis est, vt requirat acceptationem recipiẽtis, vt est concessio potestatis ad eligendum cõfessorem, vel ad audiẽdas confessiones: nam hæc priuilegia renunciari possunt, & per renunciationem perduntur, vt infrà ostẽdetur, ergo maiori ratione per refutationem (vt sic dicam) vel non acceptationem non recipientur; ergo signum est, requirere acceptationem. Deniq; aduerto, inter priuilegia quædam esse, quorum effectus potest habere aliquem vsum, vel fructũ in priuilegiario, antequam habeat notitiam illius, vt est priuilegium, per quod eximitur ab aliquo onere pœnali, vt est immunitas à censura, vel à tributo, &c. Alia verò sũt priuilegia, quorum effectus etiamsi fiat ante notitiam priuilegiarij, non potest in illo habere vsum, vel fructum moralem sine periculo peccati, vt est dispensatio in obligatione legis, vel in impedimento matrimonij: nemo enim potest licitè vti tali dispensatione ante notitiam eius.

Notitia priuilegij ad quem effectũ requiritur.

11. *Datur potestas in supremo principe dandi priuilegiũ quod operetur suum effectũ antequã perueniat ad notitiã priuilegiati.*

Dico ergo primò. In Principe supremo concedente priuilegium, non deest potestas ad conferendũ illud cum tanta amplitudine, & efficacia, vt statim operetur suum effectum in priuilegiario nõdum habente notitiam priuilegij. Hanc assertionem supponunt auctores secũdæ sententiæ, quam in hoc sensu admitto, & non in alio. Item ex parte illam admittunt auctores tertiæ, & quartæ sententiæ, & satis expresse illam indicauit Syluest. suprà, vbi cum dixisset, priuilegium motu proprio concessum non habere effectum ante sui notitiam, addit limitationẽ, *Nisi appareat de voluntate contraria concedentis*, supponit ergo non deesse illi potestatem, & eodẽ modo loquuti sunt Angelus, & Rosel. & expresse Filin. in dicta limitatione 3. Vnde ferè reliqui auctores negãtes de facto hunc effectũ, vtuntur coniecturis indicantibus volũtatem concedentis, non verò nituntur in defectu potestatis. Et consequenter non sentiunt, hoc repugnare priuilegio, vt priuilegium est. Ratio ergo est, quia ex parte priuilegij non potest assignari repugnantia; ergo neque ex parte Principis potest assignari ratio, cur desit potestas. Declaratur antecedẽs, simul probando consequentiam, quia vel illa repugnantia est contra legem naturalem, & hæc nulla est, vt statim ostendam discurrẽdo per omnes modos, seu effectus priuilegiorum, qui ab omnibus opinionibus relatis tanguntur; vel est contra legem positiuam, & huic derogare potest Princeps supremus per suam potestatem legislatiuam, vel dispensando secum in tali iure, vel per interpretationem, aut alio modo se ab illa eximendo, & sic ablata repugnantia, non deerit in illo potestas ad concedendum illo modo priuilegium; nam hęc æquè suprema est, ac potestas legislatiua.

Angel. Rosel. Felin.

12. *Confirmatur assertio Primò.*

Declaratur autem hæc ratio, & roboratur assertio, discurrendo per omnes distinctiones tactas ab alijs auctoribus. Et in primis in priuilegijs, quæ cõsistunt tantum in ablatione oneris impositi à Principe, vel republica, aut à lege, videtur res clara propter rationẽ factam in quarta sentẽtia, scilicet, quia illud onus à voluntate Principis manauit, non spectato consensu, vel scientia eius, cui imponitur, & ab illa pendet; ergo per eandem solam potest auferri, nõ expectata notitia, vel acceptatione subditi. Dices; dispensatio in lege est ablatio oneris à lege impositi, & tamen requirit consensum recipientis, vt communiter dicitur. Respondeo, quidquid sit de facto, de potentia absoluta dispensantis, falsum est assumptum. Potest enim Papa clericum in sacris habilitare ad matrimonium, etiam inuitum, imò illi præcipere, vt contrahat illud, si ad cõmune bonum Ecclesiæ, vel alicuius regni viderit expedire, potest etiã Prælatus religionis dispẽsare in ieiunio cũ subdito nõ petẽte, imò de se repugnãte, & illi præcipere, vt nõ ieiunet.

puede —si quiere —darlo de tal manera que antes que el privilegiado lo conozca tenga su efecto sobre él, o si aunque el príncipe pueda esto, de hecho y como ley ordinaria nunca lo concede así.

Advierto —en segundo lugar— que algunas veces el efecto del privilegio es tal que para él normalmente no se requiere el consentimiento ni la aceptación del privilegiado —por ejemplo, la exención de uno para que no pueda ser excomulgado—, porque este efecto no se realiza en él directamente sino que aparece en él como un resultado de quitarle a otro el poder de excomulgarle.

Más frecuente es que el efecto —por su naturaleza— requiera la aceptación de quien lo recibe, por ejemplo, la concesión de poder para elegir confesor o para oír confesiones, pues a estos privilegios puede renunciarse y —como se demostrará después— por la renuncia se pierden; luego con mayor razón no se recibirán si —digámoslo así— se rechazan o no se aceptan; luego es señal de que se requiere la aceptación.

Advierto —por último— que entre los privilegios hay algunos de cuyos efectos puede haber algún uso o disfrute por parte del privilegiado antes de que éste los conozca, como es el privilegio por el que se exime de alguna carga penal, v. g. la inmunidad de una censura, de un tributo, etc.

Otros privilegios hay cuyos efectos —aunque se produzcan antes de que el privilegiado conozca el privilegio— éste normalmente no puede usar o disfrutar sin peligro de pecado, como es la dispensa de la obligación de una ley o de un impedimento matrimonial, pues nadie puede usar lícitamente de tal dispensa antes de conocerla.

11. Los príncipes soberanos tienen poder para dar privilegios que produzcan su efecto antes de llegar a conocimiento de los privilegiados.—Digo, pues —en primer lugar— que a los príncipes soberanos que conceden un privilegio no les falta poder para darlo con tanta amplitud y eficacia que al punto produzca su efecto en el privilegiado antes de que éste tenga conocimiento del privilegio.

Esta tesis la suponen los autores de la primera opinión, opinión que yo admito en este sentido pero no en otro.

También la admiten parcialmente los autores de las opiniones tercera y cuarta, y bastante expresamente la indicó Silvestre, quien, después de decir que el privilegio concedido por propio impulso no produce su efecto antes de ser conocido, añade esta limitación: *A no ser que aparezca clara la voluntad contraria del que lo concede;* luego supone que a éste no le falta poder. De la misma manera hablaron Angel, Roselli, y expresamente Felino en la dicha limitación 3.ª.

Por eso, casi todos los restantes autores que en el terreno de los hechos niegan este efecto, se apoyan en los indicios que indican la voluntad del que concede el privilegio, pero no en la falta de poder, y consiguientemente no piensan que eso sea contrario al privilegio en cuanto privilegio.

Así que la razón es que no puede señalarse imposibilidad por parte del privilegio; luego tampoco por parte del príncipe puede señalarse razón para que le falte poder.

Explico el antecedente y a la vez pruebo la consecuencia. O esa imposibilidad es contraria a la ley natural —y esa imposibilidad no existe, como demostraré enseguida recorriendo todas las formas o efectos de los privilegios que tocan las opiniones que se han aducido—, o es contraria a la ley positiva, y el príncipe soberano puede derogarla con su poder legislativo, sea dispensándose a sí mismo de tal derecho, sea interpretándola o eximiéndose a sí mismo de ella de otra manera, y, así quitada la imposibilidad, no le faltará poder para conceder el privilegio de esa manera, puesto que este poder es tan soberano como el poder legislativo.

12. Confirmación de la tesis.—Primera prueba.—Voy a explicar esta razón y a confirmar la tesis recorriendo todas las distinciones que han tocado los otros autores.

En primer lugar, tratándose de los privilegios que consisten únicamente en quitar una carga impuesta por el príncipe, por el estado o por la ley, la cosa parece clara por la razón aducida en la cuarta opinión, a saber, que esa carga procedió de la voluntad del príncipe —prescindiendo del consentimiento y del conocimiento de aquel a quien se impone— y depende de ella; luego sola ella puede quitarla sin esperar el conocimiento ni la aceptación del súbdito.

Se dirá que también la dispensa de la ley es una liberación de una carga impuesta por la ley, y, sin embargo —como se dice comúnmente— requiere el consentimiento de quien la recibe.

Respondo que —sea lo que sea del hecho—, por lo que toca al poder absoluto del que dispensa, esa afirmación es falsa. En efecto, a un clérigo de órdenes mayores puede el Papa habilitarlo para el matrimonio aunque él no quiera; más aún, puede mandarle que contraiga matrimonio si ve que ello conviene para el bien de la Iglesia o de algún reino. También un superior religioso puede dispensar del ayuno a un súbdito aunque no se lo pida e incluso aunque él se

Non est ergo necessaria simpliciter acceptatio partis ad dispensationē; ergo neq; est necessaria ad effectum priuilegij includentis dispensationem, quale est omne illud, quod onus tantū aufert. Est autem hoc euidentius in priuilegio auferente onus tantum pœnale, quod potest conferre fructum sine periculo conscientiæ, quia tunc non solum repugnantia, verum etiam indecentia ostendi non potest in tali priuilegio. Ergo nō est extra potestatem Principis concedentis. Quando verò effectus priuilegij coniunctus est cum periculo conscientiæ subditi, tunc videri quidem potest esse supra potestatem, quia non est ad destructionem, sed ad ædificationem. Veruntamen etiam tunc forte non ita deest, vt factum non teneat, sed solum ne licitè fiat, quia illud periculum non est per se, sed ex malitia abutentis priuilegio. Vel certè licèt demus ibi deesse potestatem, non est per se ex ratione priuilegij, sed per occasionem adiunctam. Addo etiam, tunc non esse necessariam acceptationē priuilegiarij, sed ad summum notitiam, vt in sequentibus explicabo.

13. *Probatur secundo. Bart.* Præterea in priuilegijs concedentibus ius, vel potestatem aliquam, Barth. & alij allegati in tertia opinione, admittunt, saltem mediante lege, vel statuto posse Principem hoc facere. Difficultates autem ibi obiectæ ostendunt, non esse maiorem repugnantiam in priuilegijs priuatis, quæ per rescripta conceduntur, quod attinet ad potestatem cōcedentis. Præcipua verò ratio, vel summa omnium est, quia si in his esset necessaria notitia priuilegij ad assecutionem eius, maximè propter acceptationem; hæc autem necessitas eadem est, in priuilegijs eiusdem rationis datis per legem, vel si non repugnat, dari ante acceptationem, & notitiam per legem, neque alio modo repugnabit. Quia nulla ratio repugnantiæ assignari potest, quidquid sit de voluntate Principis, an magis vno modo ostendatur, quàm alio quod infrà videbimus. Præterea hoc videtur certum quoad notitiam priuilegij, quando tale priuilegium conceditur ad petitionem priuilegiandi absentis per epistolam, vel nuncium, seu procuratorem, quia ibi non deest acceptatio saltem per alium, quæ in donationibus, & alijs humanis contractibus sufficit, vt constat; ergo etiam in priuilegijs sufficiet, vt rectè dicebat sexta opinio, quæ nō solum de possibili, sed etiam de facto admittit hanc partem in omnibus priuilegijs per procuratorem obtentis propter dictam rationem. Vnde consequenter infert, non esse necessariam notitiam priuilegij, quia hæc maximè postulatur propter acceptationē. De qua illatione ad factum applicata infrà dicam: nunc verò saltem de potestate videtur optima, quia priuilegium non requirit, vt ille, cui datur, per se illud acceptet; ergo acceptare illud potest per alium; ergo statim potest illud obtinere ante notitiam concessionis factæ; ergo in concedente non deest potestas, nec reddi potest ratio, cur talis notitia necessaria sit.

14. *3. probatur.* Denique generalius probatur etiam in priuilegijs concessiuis, non esse ita necessariam acceptationem etiam per alium, quin sit in Principe potestas ad conferendū illa cum effectu motu proprio, & statim, antequam ad notitiam priuilegiarij deueniat. Primo quia ad acquirendum cōmodum ex natura rei videtur sufficere generalis volūtas formalis, vel virtualis, quam omnes homines habēt, acceptandi quidquid sibi est cōmodum, & moralis præsumptio, quæ interdū est maxima; ergo in rigore hæc sufficiet, vt Princeps supremus sua voluntate efficaci, & suprema potestate cōferat priuilegium cum effectu alicui non petenti, nec cogitanti de illo. Secūdo explicatur hoc amplius. Nam licet in promissionibus, & donationibus humanis, vt habeant effectum, & obligationem inducant, regulariter sit necessaria acceptatio, vt nūc suppono, tamē non est hoc tàm intrinsece necessarium ex iure naturæ, quin virtute legis humanæ possit interdum sequi effectus, vel oriri obligatio, etiam ante acceptationem, vt de legato suprà dicebamus, & de donatione, vel promissione facta absenti, si promittens, vel donans moriatur, antequam alter possit acceptare, multi tenent, & de promissionibus humanis causa pietatis, vel boni publici aliqua iura disponunt, vt videri potest in Couarruuia 1. Var. cap. 14. num. 16. *Couar.* Molin.

C 13 maxime / *maxime esset*

oponga, y mandarle que no ayune. Luego la aceptación de la parte no es sencillamente necesaria para la dispensa; luego tampoco es necesaria para el efecto de un privilegio que lleve consigo una dispensa, cual es todo privilegio que únicamente quita una carga.

Esto es aún más evidente tratándose de un privilegio que quite una carga sólo penal y que pueda ser provechoso sin peligro de la conciencia: en tal privilegio no puede demostrarse no ya imposibilidad pero ni siquiera inconveniencia alguna; luego no cae fuera del poder del príncipe que lo concede.

En cambio, cuando el efecto del privilegio va unido a un peligro de la conciencia del súbdito, entonces sí parece caer fuera de ese poder, porque este poder es para edificación, no para destrucción. Pero aun entonces, tal vez no falta el poder hasta el punto de que el acto no sea válido sino sólo lícito, porque ese peligro existe no de suyo sino por la malicia de quien abusa del privilegio; o aunque concedamos que en ese caso falta el poder, eso no es así de suyo sino por la ocasión adjunta. Añado también que entonces no es necesaria la aceptación del privilegiado sino a lo sumo el conocimiento, como explicaré en adelante.

13. Segunda prueba.—Además, tratándose de los privilegios que conceden un derecho o poder, Bártolo y los otros autores que se han aducido en la tercera opinión admiten que el príncipe puede hacer eso al menos mediante una ley o estatuto. Pero las dificultades que allí se hacen demuestran que, por lo que toca al poder del que concede el privilegio, la imposibilidad no es mayor tratándose de los privilegios privados que se conceden por rescripto.

Y la razón principal o el resumen de todas ellas es que si éstos —para conseguirlos— fuese necesario su conocimiento, ante todo lo sería por razón de la aceptación; ahora bien, esta necesidad es la misma en los privilegios de la misma clase que se dan por ley, o si no es imposible que se den por ley antes de su aceptación y conocimiento, tampoco será imposible que se den de la otra manera, puesto que, sea lo que sea de la voluntad del príncipe —es decir, que se manifieste más de la una manera que de la otra, cosa que veremos después— ninguna razón de esa imposibilidad puede señalarse.

Además, esto parece cierto en cuanto al conocimiento del privilegio cuando tal privilegio se concede a petición de un ausente por carta o por un intermediario o procurador, pues en ese caso no falta la aceptación al menos por medio de otro, la cual —como es claro— basta en las donaciones y en los otros contratos humanos; luego también bastará en los privilegios, como muy bien decía la sexta opinión, la cual, por la razón dicha, admite esta parte —no sólo en el terreno de lo posible, sino también en el de los hechos— tratándose de todos los privilegios obtenidos por procurador. Esa opinión deduce en consecuencia que no es necesario el conocimiento del privilegio, ya que éste se exige ante todo por razón de la aceptación.

Después hablaré de esta deducción aplicada al terreno de los hechos; por ahora —al menos tratándose del poder— parece muy buena, porque el privilegio no requiere que aquel a quien se da lo acepte por sí mismo; luego puede aceptarlo por medio de otro; luego puede obtenerlo enseguida antes de conocer que se ha hecho la concesión; luego al que lo concede no le falta poder, ni puede darse razón alguna para que tal conocimiento sea necesario.

14. Tercera prueba.—Por último, de una forma más general se prueba que tampoco en los privilegios concesivos es tan necesaria la aceptación —ni siquiera por medio de otro—, que el príncipe no tenga poder para concederlos con su efecto —por propio impulso y al punto— antes de que lleguen a conocimiento de los privilegiados.

En primer lugar, porque para adquirir una ventaja, por la naturaleza de la cosa parece que basta la voluntad general —formal o virtual— que todos los hombres tienen de aceptar cuanto les es ventajoso, y la presunción moral, que a veces es muy grande; luego en rigor bastará ésta para que el soberano —con voluntad eficaz y con su poder soberano— dé un privilegio con su efecto a uno que no lo haya pedido ni piense en él.

Vamos —en segundo lugar— a explicar esto más. Aunque en las promesas y donaciones humanas —para que produzcan su efecto y creen obligación— ordinariamente es necesaria la aceptación, según doy ahora por supuesto, sin embargo, esto no es tan esencial por derecho natural que no pueda a veces —en virtud de la ley humana— seguirse el efecto y surgir la obligación aun antes de la aceptación.

Esto decíamos antes acerca del legado. Y de la donación o promesa hecha a un ausente —si el que hace la promesa o la donación muere antes de que el otro pueda aceptarlas—, muchos sostienen esto mismo. Acerca de las promesas humanas hechas por motivos de piedad o de bien público algunas leyes lo disponen así, como

Molina. Tiraq. Felin.

Molin. 2. tom. de Iustit. disp. 263. & latius Tiraq. de Priuileg. piæ causæ priuileg. 116. & Felin. in cap. 1. de Pactis. n. 7. & de infante est certum, donationem illi factã esse ratam sine vlla acceptatione, ex l. *Iubemus*. C. de Emancip. lib. & alijs, quæ retert. Sanci. lib. 1. de Matrim. disp. 6. n. 15. & 27. ergo maiori ratione potest Princeps concedens priuilegium facere validam concessionem priuilegij, & efficacem, si velit absq; dependentia ab acceptatione alterius. Hoc etiam confirmant exempla adducta in secunda sẽtentia, licèt certa non sint, illis tamen admissis ad summum probant potestatem ex facto aliquo in casu speciali, ex quo non licet inferre generalem regulã de priuilegijs, prout de facto concedun tur, quia ex particularibus factis nõ fit recta argumentatio vniuersalis. Potestas autem colligitur, saltem vbi iusta causa interuenit. Proceduntque dicta exempla, & rationes non tantum de iure ad rem, sed etiam de iure in re quamuis reuocabili, seu renunciabili per priuilegiarium, cum primum ad notitiam eius deuenerit, sicut de legatario dicitur, post aditam abhęrede hæreditatẽ. Et hæc magis in sequenti assertione explicabuntur.

15. Regulariter non conceditur priuilegiũ ad operãdũ suum effectũ ante notitiã aliquã priuilegiarij.

Dico ergo secundo. Priuilegia nõ ita regulariter cõceduntur, vt effectum priuilegiario directe conferant ante notitiam, vel acceptationẽ, saltem per procuratorem, vel Epistolam. Ita interpretor primam opinionem, quam sequor. Et probo, quia intẽtio concedentis regulariter talis non est, nec verba priuilegiorum hoc indicant, nec moraliter loquendo expedit taliter priuilegia cõcedi: ergo de facto non ita fit, licet potestas nõ desit. Cõsequẽtia clara est. Prima autẽ pars antecedẽtis pèdet ex alijs duabus; secunda verò ad factum spectat, illud autẽ etiam pendet ex vltimo mẽbro, nam si ille modus concedendi priuilegium moraliter non expedit, profecto admittendus non est in aliquo priuilegio, nisi verba omnino cogant, ita vt alium sensum habere non possint; vix autem ostendetur priuilegium habens talia verba, & nos affirmare possumus nunquam vidisse, etiam si multa viderimus, & certè tot auctores, qui negant hanc efficaciam priuilegijs, satis significant regulariter non vidisse priuilegia, quæ haberent verba significantia talem voluntatem concedentis; ergo merito dicere possumus, verba priuilegiorum regulariter hoc nõ indicare. Hæc vero pars simul cum tertia, melius ostendetur, discurrẽdo per priuilegia iuxta particulares opiniones recitatas.

16. Probatur dictadoctrina circa priuilegiũ concessum per legem, vel statutum.

Et primo circa priuilegium concessum per legem, vel statutum aduerto, ad effectum talis priuilegij in primis necessarium esse, vt talis lex sit sufficiẽter promulgata iuxta dictã in priori parte huius capitis, quia talis lex, & priuilegiũ eius in communi, & pro aliqua communitate ferri debet, alioqui non magis erit lex, quam cętera priuata priuilegia lex autem communis, & generaliter lata ante promulgationem non dum est vera lex, & cõsequenter nullum effectũ legis, etiam priuilegiatiuum habere potest. Vnde etiam si ante promulgationẽ haberet quis notitiam talis legis, & effectum eius desideraret, non posset illo gaudere. Facta autem promulgatione, iam datur notitia publica legis, & consequenter etiam priuilegij, & similiter est acceptatio communis, & publica, eo ipso, quod per totam communitatẽ non est publicè, & sufficienter renunciatum legi, ac priuilegio, vt nunc supponimus. Ergo iam tale priuilegium non habet suum effectum sine notitia, & acceptatione per se requisita, vt sic dicã. Per accidens autem contingere potest, vt priuata persona, quæ sit pars communitatis, cui per se primo priuilegium conceditur, ignoret illud, vt sæpe contingere potest in religiosis, & tunc verum est, ignorantiam per se non impedire effectũ priuilegij, quia iam illud est acceptatum, & non pendet ex priuata notitia particularis personæ. Dico autem per se non impedire effectum, quia per accidens potest impedire aliquid, quod pendet ex conscientia operantis. Vt. v. g. si religiosus habeat priuilegium suę religioni concessum ad absoluendum ab aliquo casu reseruato, & ignorando priuilegiũ absoluat temerè à tali casu, non excusatur à graui peccato, quia hoc pẽdet ex conscientia, & conscientia pendet à notitia priuilegij.

An valeat absolutio data à priuilegiato nesciente priuilegium.

17.

Imò graue dubium est, an talis absolutio valeat, quia iuxta regulam Iuristarum

puede verse en COVARRUBIAS, MOLINA, más extensamente en TIRAQUEAU, y en FELINO. Y de los niños es cosa cierta que las donaciones que se les hacen son válidas aun sin su aceptación, según la ley *Iubemus* del CÓDIGO y otras que cita SÁNCHEZ. Luego con mayor razón puede un príncipe, si lo quiere, hacer válida y eficaz su concesión de un privilegio independientemente de la aceptación del otro.

Esto confirman también los ejemplos que se han aducido en la segunda opinión, aunque no sean ciertos; pero si se admiten, a lo sumo prueban el poder por lo sucedido en algún caso particular. Ahora bien, de un caso particular no es lícito deducir una regla general acerca de los privilegios tal como de hecho se conceden, pues no es legítimo argumentar de hechos particulares a lo general. Pero el poder se deduce al menos para los casos en que hay una causa justa.

Y los dichos ejemplos y razones valen no sólo tratándose del derecho a hacer suya una cosa, sino también del derecho sobre una cosa como propia aunque ese derecho pueda ser revocado o pueda renunciar a él el privilegiado en cuanto llegue a conocerlo, lo mismo que se dice del legatario después que el heredero ha recibido la herencia.

Esto se explicará más en la tesis siguiente.

15. ORDINARIAMENTE NO SE CONCEDE EL PRIVILEGIO PARA QUE PRODUZCA SU EFECTO ANTES DE QUE EL PRIVILEGIADO TENGA ALGÚN CONOCIMIENTO DE ÉL.—Digo —en segundo lugar— que los privilegios ordinariamente no se conceden de forma que produzcan su efecto en el privilegiado directamente antes de que lo conozca o acepte al menos por procurador o por carta. Así interpreto la primera opinión, la cual sigo.

Y lo pruebo: La intención del que concede el privilegio ordinariamente no es esa; ni las palabras de los privilegios indican eso; ni conviene ordinariamente que los privilegios se concedan de esa manera.

La consecuencia es clara. Y la primera parte del antecedente depende de las otras dos.

La segunda es un hecho, y ese hecho depende de la última parte, pues si esa manera de conceder el privilegio de ordinario no conviene, sin duda no se la debe admitir en un privilegio si las palabras no fuerzan a ello de una manera absoluta por ser ese su único sentido posible. Ahora bien, será muy difícil presentar un privilegio que tenga tales palabras, y nosotros podemos afirmar que —a pesar de haber visto tantos— no lo hemos visto; y ciertamente, tantos autores que niegan esa eficacia a los privilegios dan bastante a entender que ordinariamente ellos no vieron privilegios con palabras que significaran tal voluntad de los que los habían concedido. Luego con razón podemos decir que las palabras de los privilegios ordinariamente no indican eso.

Pero esta parte —juntamente con la tercera— se demostrará mejor recorriendo los privilegios conforme a las opiniones particulares que se han enumerado.

16. PRUEBA DE LA DOCTRINA ANTERIOR CON RELACIÓN AL PRIVILEGIO CONCEDIDO POR LEY O ESTATUTO.—En primer lugar, acerca del privilegio concedido por ley o estatuto, advierto que para el efecto de tal privilegio es necesario —lo primero— que tal ley haya sido suficientemente promulgada —conforme a lo dicho en la primera parte de este capítulo—, porque tal ley y su privilegio debe darse en común y para alguna comunidad, y si no, no tendrá de ley más que los otros privilegios privados; ahora bien, una ley común y dada en general, antes de la promulgación todavía no es verdadera ley y, por consiguiente, no puede tener ningún efecto de ley y tampoco el de privilegio. Por eso, aunque antes de la promulgación uno tuviese conocimiento de tal ley y desease su efecto, no podría disfrutar de él.

En cambio, una vez hecha la promulgación, hay ya conocimiento público de la ley y, consiguientemente, también del privilegio, y hay también aceptación común y pública, y esto por el hecho mismo de que —como damos ahora por supuesto— toda la comunidad no ha renunciado pública y suficientemente a la ley y al privilegio. Luego ya tal privilegio no tiene su efecto sin el conocimiento y aceptación que —digámoslo así— de suyo se requiere.

Cierto que accidentalmente puede suceder —como muchas veces sucede entre religiosos— que una persona particular que sea parte de la comunidad a la cual de suyo y primariamente se concede el privilegio, lo desconozca: entonces es verdad que el desconocimiento de suyo no impide el efecto del privilegio, pues éste está ya aceptado y no depende del conocimiento privado de una persona particular.

Y digo que no lo impide *de suyo,* porque accidentalmente puede impedir algo que dependa de la conciencia del que obra: por ejemplo, si un religioso tiene el privilegio concedido a su religión para absolver de un caso reservado, y, desconociendo el privilegio, absuelve por sí y ante sí de ese caso, no se libra de pecado mortal, porque éste depende de la conciencia, y la conciencia depende del conocimiento del privilegio.

17. ¿VALE LA ABSOLUCIÓN DADA POR UN PRIVILEGIADO QUE DESCONOZCA SU PRIVILEGIO?—Más aún, existe el grave problema de si tal absolución es válida, pues —según la regla de los juristas— cuando uno desconoce que tie-

rũ, quandiu quis ignorat iurisdictionẽ se habere, nõ valet quod agit, nam vsus iurisdictionis non conceditur ignoranti, vt sumitur ex l. *Hæc autem.§. Non defendi ibi, debet constare Prætori.* ff. Ex quib. cau. in possess. & tradit Barth. in l. *Multum.* ff. de Condit. & demonst. n. 2. & in l. *Barbarius.* ff. de Offic. Prætor. in Repet. n. 18. quę potius est Baldi ibid. Lect. 2. nu. 27. & 28. & Felin. in cap. *Ecclesia*, verb. *Decimo*, nu. 14. de Constitut. vbi plures allegat, & alios refert Vanti tract. de Nullita. titulo. de Nullit. ex defectu iur. nu. 53. & 167. Sanc. lib. 3. de Matrim. disp. 36. n. 8. ergo si hoc principium etiã in foro pœnitentiæ locum habet, talis absolutio non erit valida. Eritq; ratio specialis, quia est priuilegium concedens iurisdictionem pro tota religione, & non dat illam, nec applicatur particulari personæ, nisi scienti, & acceptanti. Quod quidem maxime procedet, si ille absoluat, putans se non habere iuridictionem, quia tũc vix potest habere intentionem absoluendi. Si autẽ absoluat existimãs se habere iurisdictionem non tamen ex priuilegio, sed ex alio errore, vt quia putat, casum non esse reseruatũ, vel quid simile, tunc probabile est, absolutionem esse validam, & re vera habere priuilegiũ, & iurisdictionem, quamuis ignoret in particulari, quia volũtatem generalẽ habuit gaudẽdi, & vtendi priuilegijs ordinis, & voluntatem etiam habet absoluendi, & ignorantia priuilegij. est error valde priuatus, qui non excludit priuilegium, nec generalem intentionem. Accedit, quòd principium illud Iuristarum habet locũ in iurisdictione contentiosa, nõ vero in iurisdictione voluntaria, vt tradit Bald. in Authent. *Matri.* Cod. Quando mulier. tut. &c. & sequitur Felin. suprà in fine, & scholi. Barth. vbi suprà. Similiter clericus coniugatus habens cõditiones à iure requisitas, vere gaudet priuilegio fori, licèt illud ignoret, nõ excusabitur autem à peccato, non obediendo iudici seculari, & ex conscientia erronea resistendo illi, cum id facere non posit intuitu priuilegij, cũ illud ignoret. Et alia exempla in his generalibus priuilegijs facilia sunt.

Barth. *Bald.* *Felin.* *Vanti.* *Sanci.* *Bald.* *Felin.* *Barth.*

18. *Priuilegia per modũ*

In legibus autem concedentibus priuilegia per modum pręmij operis, vel laboris subeundi, de quibus Bart. & tertia opinio specialiter loquuntur, oportet aduertere, in primis necessariũ esse, vt verba priuilegij contineant donationem ipso facto, & non tantum promissionem de futuro. Quia alias impossibile est, vt priuilegium statim sit concessũ ignoranti, sed ad summum vel orietur obligatio in Principe ad implendũ promissum, vel operanti acquiretur ius ad pręmium promissum, non vero in re. Sicut enim in legibus pœnalibus non incurritur statim pœna per solam cõminationem imposita, nisi lex dicat, *Ipso iure*, vel *ipso facto*; ita profecto necessario dicendum est in pręmio. Nam licèt fauores magis ampliandi sint, non tamen vltra vim verborum; verba autem promissiua nõ significant donationem, nec verbum de futuro significat effectum præsentaneum; licet ergo lex dicat, qui hoc fecerit, fiet nobilis, aut ei promittitur talis immunitas, non fiet nobilis, vel immunis ipso facto, imò nec sciens legẽ poterit statim sua authoritate priuilegium vsurpare, quia ex vi talium verborum ei non conceditur talis facultas. Rarò autẽ (vt existimo) inuenietur lex, quę per huiusmodi verba priuilegia cõcedat in pręmium futurorum operum. Quamuis probabile sit, si lex dicat de præsenti, facienti tale opus concedimus talem immunitatẽ, vel imperatiuè hoc faciens sit ĩmunis ab oneribus, vel quid simile, hoc satis esse, vt priuilegium censeatur illi concessum ex vi talis legis.

pręmij quãdo habent effectũ absque notitia accipiẽtis.

19. *Dubium.*

Vlterius autem aduerto, etiam posita tali lege dubitari posse, an priuilegium illud quoad dominium, & omnes effectus suos acquiratur ipso facto sine notitia, & declaratione Principis. Sicut enim pęna legis, licet ipso facto imponatur, regulariter non mandatur executioni, donec causa eius authenticè declaretur ita verisimiliter credi potest, non esse mẽtem Principis, vt tale priuilegium statim vsurpetur priuata authoritate, antequam de causa, seu de conditione impleta iuridicè constet per declarationem Principis, vel alterius, qui eius potestatem habeat. Nam hoc postulat cõueniens ratio gubernationis. Nã si vniuscuiusq; arbitrio, & potestati hoc cõmitteretur, infinitæ fraudes, & scandala oriri possent. Satis ergo est, quod ex vi talis legis, & operis in ea postulati acqui-

ne jurisdicción, no es válido lo que hace, ya que a quien desconoce su jurisdicción no se le concede su uso, como se dice en el DIGESTO y como enseña BÁRTOLO o más bien BALDO, y FELINO, que aduce otros autores más; otros aduce VANTI; y lo mismo enseña SÁNCHEZ. Luego si este principio es también aplicable al fuero de la penitencia, tal absolución no será válida.

Habrá además una razón particular para ello: que se trata de un privilegio que concede jurisdicción para toda la religión, y no la da ni se aplica a cada persona particular sin su conocimiento y aceptación.

Esto será así ante todo si él absuelve creyendo que no tiene jurisdicción, pues entonces apenas si puede tener intención de absolver. En cambio, si absuelve creyendo que tiene jurisdicción pero no por privilegio sino por otro error —por ejemplo, por pensar que el caso no está reservado, o algo parecido—, entonces es probable que la absolución sea válida y que en realidad tenga el privilegio y jurisdicción aunque lo ignore en particular, puesto que tuvo la voluntad general de gozar y usar de los privilegios de la orden y tiene también voluntad de absolver, y el desconocimiento del privilegio es un error muy privado que no excluye el privilegio ni la intención general.

Añádase que el principio aquel de los juristas es aplicable a las jurisdicción contenciosa pero no a la jurisdicción voluntaria, como enseña BALDO, a quien siguen FELINO y BÁRTOLO.

Asimismo un clérigo casado que tenga las condiciones que requiere el derecho, en realidad goza del privilegio del fuero aunque lo desconozca; pero no se librará de pecado si no obedece al juez seglar y si por conciencia errónea le hace resistencia, dado que no puede hacerlo en atención al privilegio, que desconoce.

Resulta fácil encontrar otros ejemplos relativos a estos privilegios generales.

18. ¿CUÁNDO PRODUCEN SU EFECTO LOS PRIVILEGIOS QUE SE DAN COMO PREMIO, SI EL QUE LOS RECIBE LOS DESCONOCE?—Tratándose de las leyes que conceden privilegios como premio a obras o trabajos que se hagan —de ellos en particular hablan BÁRTOLO y la tercera opinión—, conviene advertir que, en primer lugar, es necesario que las palabras del privilegio contengan una donación por el hecho mismo y no sólo una promesa para el futuro: en otro caso, es imposible que el privilegio quede al punto concedido o quien lo desconoce, sino que a lo sumo, o surgirá en el príncipe la obligación de cumplir la promesa, o el que realice la obra adquirirá el derecho a hacer suyo el premio prometido pero no el derecho sobre la cosa como ya suya.

En efecto, así como, tratándose de las leyes penales, no se incurre al punto en una pena que haya sido impuesta sólo como amenaza si la ley no dice *Por el derecho mismo* o *Por el hecho mismo,* lo mismo hay que decir tratándose de un premio, pues aunque los favores se deben interpretar con amplitud, pero no traspasando el sentido de las palabras. Ahora bien, las palabras de promesa no significan donación, ni las palabras de futuro significan efecto presente. Luego aunque la ley diga *A quien haga esto, se le hará noble* o *se le promete tal inmunidad,* ese tal no quedará hecho noble o inmune por el hecho mismo; más aún, ni aunque conozca la ley, podrá al punto usurpar el privilegio por su autoridad, pues en virtud de tales palabras no se le concede tal facultad.

Raros son —según creo— los casos en que la ley con esas palabras concede privilegios en premio de obras futuras; por más que es probable que si la ley dice con palabras de presente *A quien haga tal cosa le concedemos tal inmunidad,* o en forma imperativa *sea inmune de cargas,* o cosa parecida, esto basta para que se juzgue que el privilegio se le ha concedido en virtud de tal ley.

19. DUDA.—RESPUESTA.—Advierto además que, aun suponiendo una ley así, puede dudarse si ese privilegio se adquiere —en cuanto a la propiedad y a todos sus efectos— por el hecho mismo y prescindiendo de su conocimiento y de la declaración del príncipe.

En efecto, así como la pena de una ley, aunque se imponga por el hecho mismo, ordinariamente no se pone en ejecución hasta que hay declaración auténtica de su causa, así puede creerse con verisimilitud que la intención del príncipe no es que tal privilegio se usurpe al punto por propia autoridad antes de que conste jurídicamente —por declaración del príncipe o de otro que tenga su poder— que se ha cumplido la causa o condición: esto pide el buen gobierno, y si ello se dejase al arbitrio y poder de cada uno, podrían surgir mil engaños y escándalos.

Por consiguiente, basta que, en virtud de tal ley y de la obra que en ella se exige, se adquiera desde entonces el derecho a tal privilegio, de

acquiratur ex tunc ius ad tale priuilegium, ita vt facta iuridica declaratione de adimpleto opere in lege requisito, retrotrahatur declaratio vsque ad diẽ patrati operis, & ex tunc percipiat priuilegiarius fructus priuilegij quoad fieri possit. Quæ omnia per analogiam ad pœnam legis imponẽtis illam ipso facto, dicta sunt, & quæ inter ea spectant ad ampliationem, & consecutionem priuilegij à die boni operis, à fortiori sequũtur, quia supponitur similitudo verborũ & est excessus in materia fauorabili. Quantum ad ea vero, quę spectant ad limitationem, vt est suspensio executionis vsque ad iuridicam declarationem, in illis respicitur ad bonum cõmune, & conuenientem gubernationem, quæ nõ minus in conferendis prẽmijs, quàm in pœnis retribuendis seruanda est. Quod si hoc verum est, vix accidere poterit, vt sic operans comparet priuilegiu ante notitiam eius, quia præcedere debet publica notitia, & declaratio Principis de adimpleta causa priuilegij; ergo moraliter non potest accidere, vt post talem declarationẽ adhuc priuilegiarius ignoret legem, & prẽmium, seu priuilegiũ eius. Nihilominus tamen in aliquo casu id accidere posset, præsertim propter locorum distantiã; & tunc habere posset locum sententia Barth. & maiorem probabilitatem habet quoad ius ad rem, vt scilicet, adimpleta conditione in lege postulata statim acquiratur ignoranti respectu talis prẽmij, seu priuilegij, sicut violator legis pœnalis statim fit debitor pœnæ etiam si illam ignoret, iuxta veram sententiam; ergo idem erit cum proportione in lege promittente præmium.

Responsio.

Barth.

20. *Obiectio.* Sed obijci potest; nam est magna differentia inter pœnam, & præmium, nam qui violat legem, ipse fit debitor, & reus pœnæ, non ex vi alicuius pacti, sed ex vi culpæ: & ideo si ignorantia nõ excusat culpam, licet occultet pœnam, non impedit reatum eius. At respectu prẽmij legislator ipse est, qui fit debitor ex vi suæ promissionis, aut donationis per legem factæ, non potest autem ille fieri debitor, nisi impleatur conditio, sub qua promisit. At hæc conditio non videtur impleri ab ignorante. Nam ignorans priuilegium promissum etiam

Respondeo, ex dicto cap. *Si cui nulla*, hanc colligi differentiam inter illa duo membra, quia cũ datur facultas ad benefaciendum alijs, nulla personarum fa D cta expressione, gratia censetur facta communitati simpliciter, & sine addito, vel restrictione, & ideo simili modo cẽsetur permanere post mortem concedentis, etiam re integra, & nulla limitatione, vel distinctione adhibita, an detur in gratiam accipientis, vel aliorum, sed absolutè, at verò quando persona particularis exprimitur, circa quam facultas habitura est effectum, tunc dicitur expirare per mortem concedentis, re integra, nõ absolutè, sed cum illo addito, si datur potestas alicui, *non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur gratiã*. Ratio autem

10. Respondetur.

A margen *expirat* / *expiret*

directamente a uno para que con él pueda beneficiar a otros —digámoslo así— indeterminadamente o en general, o para ejercitar un derecho fuera de la jurisdicción contenciosa, no expira con la muerte del que lo concedió, y esto por la razón aducida. En esto coinciden la GLOSA y los intérpretes del cap. *Si cui nulla,* y otros que cita ANTONIO GABRIELI.

8. CÓMO EXPIRA EL PRIVILEGIO POR LA MUERTE DEL QUE LO CONCEDIÓ.—LIMITACIÓN DE LA TESIS.—En cambio, cuando por el privilegio se concede un poder para ejercitar un acto favorable a una determinada persona, normalmente se juzga que —si la cosa está aún intacta— expira por la muerte del que lo concedió aunque el acto que se haya de ejercitar no sea de jurisdicción contenciosa. Así parece deducirse del capítulo *Si cui nulla,* en cuyo comentario la GLOSA da como razón que entonces la gracia no está perfectamente hecha sino por hacer.

En efecto, en ese caso la gracia propiamente no se hace a aquel que ha de realizar tal acto sino a aquel en cuyo bien se ha de realizar el acto, puesto que la gracia se ordena toda entera a ese acto, y por eso, en tanto que el acto no está realizado, no se juzga que la gracia esté hecha sino por hacer, y consiguientemente la comisión del poder para realizar ese acto no queda consolidada mientras la cosa está aún intacta.

Un ejemplo de ello lo hay en el caso del texto citado: Si el Papa comisiona a un obispo para dar a Pedro un beneficio que ha quedado vacante, se juzga que al que se le ha concedido la gracia es a Pedro, y antes de que se confiera el beneficio se juzga que la gracia no está hecha sino por hacer, y por tanto, si sigue en esa situación, expira por la muerte del que la concedió.

Pero a esto hay que ponerle una limitación, a saber, a no ser que incluso ese poder relativo a una determinada persona se dé en favor del delegado que ha de dar o hacer el beneficio, pues entonces se juzga que la gracia está ya hecha.

Y no cabe duda que el poder para obrar con relación a una determinada persona puede comisionársele a uno en favor de él mismo no menos que el poder para obrar con relación a muchas indeterminadamente: este es el sentido en que parece que habló SILVESTRE con FEDERICO; lo mismo sostienen ROSELLI y TABIENO, ANGEL, DOMINGO y FRANCO; y se deduce de aquel texto, puesto que, para que esa facultad expire, requiere que se dé *en favor no suyo* —es decir, del que la recibe— *sino de aquel a quien se encarga que se provea.*

Más aún, de eso se deduce muy bien que es necesario que la gracia no se le haga al delegado sino sólo al otro, y que por tanto, si se hace en favor de ambos, no se extingue por la muerte del que la concedió, ya que permanece en aquel a quien se hizo, y de aquel texto no se deduce más, según observó SÁNCHEZ con otros. Esto creo que se ha de entender de cuando la gracia se concede a ambos de una manera igualmente primaria y principal, pues en otro caso, si el favor del delegado es sólo algo accesorio y —como quien dice— sólo causa motiva, seguirá la suerte de lo principal y se juzgará sencillamente que tal gracia no está aún hecha.

9. OBJECIÓN.—Se dirá que, en consecuencia, no existe ninguna diferencia entre el poder dado indeterminadamente y el concedido con relación a una determinada persona, ya que el dado indeterminadamente puede darse principalmente y aun totalmente en favor de la comunidad o multitud comprendida en el término común tomado indeterminadamente: nada se opone a ello. Más aún, así parecen darlo las bulas jubilares: lo que con ellas se pretende es, no el favor de los sacerdotes o confesores a los que se dan los poderes si los penitentes lo eligen, sino la gracia y el favor de los penitentes. Por el contrario, poderes semejantes dan los privilegios de las religiones en favor de los religiosos mismos.

Y de la misma manera, cuando se designa la persona a la que se trata de dispensar o de promover, el privilegio puede darse de las mismas maneras, a saber, o en favor solamente del delegado, o en favor solamente de la persona a la que se trata de proveer, o en favor de ambos a la vez; luego por la misma razón, el poder cesará o no cesará por la muerte del que lo ha concedido según que lo haya dado o no en favor del delegado y según que el poder sea indeterminado o particular, y así la observación que se ha hecho es inoportuna y no habrá diferencia alguna.

10. RESPUESTA.—Respondo que del cap. *Si cui nulla* se deduce la diferencia siguiente entre esas dos cosas.

Cuando la facultad se da para beneficiar a otros sin decir nada expresamente acerca de las personas, se juzga que la gracia se hace a la comunidad sencillamente y sin adición ni restricción alguna: por tanto se juzga también que perdura después de la muerte del que la concedió aunque la cosa esté aún intacta, y esto sin limitación alguna y sin distinguir si la gracia se da en favor del que la recibe o de los otros, sino de una manera absoluta. En cambio, cuando se pone expresamente la persona particular en la cual la facultad ha de tener su efecto, entonces se dice que —si la cosa está aún intacta— la facultad expira con la muerte de quien la concedió, y esto no de una manera absoluta sino con la adición *si el poder se le da a uno no en favor suyo sino en favor de aquel a quien se encarga que se provea.*

autem reddi potest, vel quia talis facultas semper est magnus fauor delegati, qui non excluditur saltem præsumptione iuris, etiam si simul fauor aliorum generaliter, seu indefinitè intendatur, vel quia fauor communitatis, seu multitudinis præfertur fauori priuato, & ideò licet non sit ad effectũ perductus, propter ipsam concessionẽ censetur firmari ex virtuali declaratione, & concessione iuris. Atque ita similes facultates concessæ per Bullam Cruciatæ iuxta cõmunem, & receptam doctrinam, quam latè refert Sanci. suprà n. 93. non expirãt per mortem concedentis. In qua bulla aliqui considerant, quod ipsamet præscribit tempus suæ durationis, scilicet, annum, vel triennium. Sed licèt hæc posset esse ratio sufficiens, vt sumitur ex Anton. Gabr. suprà n. 35. non credo esse rationem adæquatam, nam idẽ censent omnes de duratione iubileorum, licèt non præscribãt tempus suæ durationis, Ratio ergo sumenda est ex ipso modo concessionis indefinitæ, quæ eo ipso cẽsetur continere priuilegium permanẽs, quanuis aliæ rationes probabiles reddantur, quæ in Sancio suprà videri possunt. At verò quando facultas datur in ordine ad designatam personam, considerat in cuius fauorem datur, vt declaratum est, quia ius videtur præsumere, concessionem sic factam ordinariè fieri in fauorem designatæ personæ, nisi aliud expressè declaretur. In hoc ergo potest consistere differentia.

Sanci.

Ant. Gab.

11. Difficultas circa dicta

Sed adhuc superest difficultas circa rationem supra datam, ob quam concessio facta in fauorem personæ designatæ prouidendæ, seu dispensandæ, censeatur amitti morte concedentis. Ratio enim data non videtur solida, scilicet, quia tunc gratia non est facta, sed faciẽda, nam aliqua gratia est ibi simpliciter facta; ergo illa perire non debet, iuxta regulam datam; ergo nec effectus eius impedietur, etiam si nondum sit factus, sed potius sustinendus erit, ne prior gratia pereat, tanquam annexus illi, seu tãquam accessorium sub principali. Antecedens probatur, quia quando alicui mandatur prouideri de beneficio, eo ipso datur aliquod ius prouidendo, non in re, sed ad rem: nam licet sit valde remotum, aliquod profecto est, vel certè licèt appelletur licentia, vt prouideatur cum prælatione ad alios, talis licentia, vel ius, magnus fauor est, & ille non est faciendus, sed factus, vt per se constat; ergo datur ibi gratia facta, & consequẽter non peritura iuxta nostram regulã, non potest autem permanere, nisi in delegato maneat potestas, vt per se notũ est; ergo. Confirmatur, quia ille, cui tũc conceditur facultas conferendi, vel dispensandi, videtur quasi executor gratiæ alteri iam factæ, ergo debet permanere ratione illius, tãquam accessorium sub principali, argumento cap. *Si super gratia*, de Offic. deleg. cum his, quæ ibi notantur, & à Gabr. suprà n. 3.

A

B

C. Si super gratia. Gabr.

12. Confirmatur exemplis

Confirmatur, & declaratur exemplis vnum est de licentia eligendi confessorem, quæ non expirat morte concedentis, vt dixi, solum quia est quidam fauor factus pœnitenti, etiam si detur propter effectum, qui nondum est comparatus, imò ne illud priuilegiũ, seu licentia pereat, sustinetur potestas confessoris electi, & validitas absolutionis ab eo collatæ. Cur ergo non idem dicitur in altero priuilegio? vel cur in eo non respicitur ad licentiam, vel ius statim concessum, sed ad effectum nondum factum, vt dicatur gratia nondum facta, sed faciẽda? Et vrgetur hoc exemplum, nam licèt facultas directè daretur sacerdoti determinato ad absoluendum Petrum, vel dispensandum cum illo, non expirabit re integra per mortem concedẽtis, non solum si detur in fauorem sacerdotis, quod omnes ferè fatentur, sed etiam si tantum sit in fauorem pœnitentis, tũ quia in tali materia maior, & durabilior esse debet fauor pœnitentis, quam sacerdotis, tum etiam quia in re in idẽ redit, quòd potestas detur sacerdoti circa pœnitentem, vel quod detur pœnitenti licentia ad eligendum confessorem, sed data hoc modo durat, etiamsi principaliter detur in fauorem pœnitẽtis; ergo & data priori modo. Quid enim ad rem moralem hoc interest? Neque enim cõsiderari in præsenti potest, quod licentia ad eligendum confessorem est indefinita ex parte confessoris, licentia verò data confessori directè iam determinet personam. Hoc enim nihil videtur referre, tum quia determinatio personæ à conferente potestatem facta, videtur

C

D

C 3 considerat in cuius fauorem datur
/ *considerant in cuius fauorem detur*

Puede darse como razón de ello, sea que tal facultad siempre es un gran favor del delegado, favor que no queda excluido —al menos por presunción del derecho— aunque a la vez se pretenda el favor de los otros en general o indeterminadamente, sea que el favor de la comunidad o multitud se antepone al favor particular, y por tanto, aunque no haya sido llevado a efecto, se juzga que con sola la concesión queda ya consolidado por declaración y concesión virtual del derecho. Así, las facultades concedidas por la Bula de la Cruzada —conforme a la doctrina común y admitida que largamente cita SÁNCHEZ— no expiran con la muerte del que las concedió.

En esta bula algunos se fijan en que ella misma prescribe el tiempo de su duración, a saber, un año o un trienio. Pero aunque esta razón podría ser suficiente —como dice ANTONIO GABRIELI—, no creo que sea la razón completa, puesto que lo mismo piensan todos acerca de la duración de los jubileos aunque éstos no prescriban el tiempo de su duración. Así que la razón se ha de tomar de la misma clase de concesión indeterminada, la cual por ello mismo se juzga que contiene un privilegio permanente; por más que se dan también otras razones probables que pueden verse en SÁNCHEZ.

En cambio, cuando la facultad se da con relación a una determinada persona, se fijan en cuál es la persona en cuyo favor se da —según se ha explicado—, porque el derecho parece presumir que una concesión hecha de esa forma, ordinariamente y si no se dice otra cosa expresamente, se hace en favor de la persona señalada. Así que la diferencia puede estar en esto.

11. UNA DIFICULTAD ACERCA DE LO DICHO. Queda todavía una dificultad acerca de la razón que se ha dado antes para que se juzgue que una concesión hecha en favor de una determinada persona a fin de que se la provea o dispense, se pierde por la muerte del que la hizo.

Esa razón —a saber, que entonces la gracia no está hecha sino por hacer— no es sólida, pues alguna gracia está ya sencillamente hecha; luego ésta —según la regla dada— no debe perecer; luego tampoco su efecto quedará impedido aunque todavía no esté realizado, sino que más bien habrá que mantenerlo —para que la primera gracia no perezca— como anejo a ella o como cosa accesoria al servicio de la principal.

Prueba del antecedente: Cuando a uno se le comisiona para que se provea un beneficio, por el mismo hecho se da algún derecho a aquel a quien se ha de proveer: no un derecho sobre una cosa ya suya sino un derecho a adquirirla. En efecto, aunque ese derecho sea algo muy remoto, es por cierto algún derecho, o ciertamente, aunque se lo llame licencia para que se le provea a él con preferencia a otros, tal licencia o derecho es un gran favor y un favor que está no por hacer sino ya hecho, como es evidente; luego hay allí una gracia ya hecha, y consiguientemente una gracia que —según nuestra regla— no ha de perecer; ahora bien, no puede perdurar —como es evidente— si en el delegado no perdura el poder.

Confirmación: Aquel a quien entonces se le concede la facultad para dar el beneficio o la dispensa, parece ser —como quien dice— el ejecutor de una gracia hecha ya al otro; luego esa facultad debe perdurar por razón de ese otro como una cosa accesoria al servicio de la principal; prueba de ello el cap. *Si super gratia* con lo que sobre él observa GABRIELI.

12. CONFIRMACIÓN CON EJEMPLOS. — Vamos a confirmarlo y explicarlo con ejemplos.

Uno es el del permiso para elegir confesor: según he dicho, no expira con la muerte del que lo concedió, y eso únicamente porque es un favor hecho al penitente y aunque se dé por razón de un efecto que todavía no está obtenido. Más aún, para que ese privilegio o permiso no se pierda, se mantiene el poder del confesor elegido y la validez de la absolución que él dé. ¿Por qué no decir lo mismo del otro privilegio? o ¿por qué en él no se mira al permiso o al derecho ya concedido sino al efecto todavía no realizado para decir que la gracia aún no está hecha sino que está por hacer?

Vamos a insistir más en este ejemplo. Aunque la facultad se diese directamente a un determinado sacerdote para absolver o dispensar a Pedro, si la cosa está aún intacta no expirará por la muerte del que la concedió, y eso tanto si se da en favor del sacerdote —cosa que casi todos reconocen— como si se da sólo en favor del penitente. Lo primero, porque en esa materia, más grande y más durable debe ser el favor del penitente que el del sacerdote. Y lo segundo, porque en realidad a lo mismo se reduce el que se le dé poder al sacerdote con relación al penitente, que el que se le dé al penitente permiso para elegir confesor; ahora bien, el poder dado de esta segunda manera perdura aunque se dé principalmente en favor del penitente; luego también el dado de la primera manera: ¿qué diferencia hay desde el punto de vista moral?

Y sobre esto no puede alegarse que el permiso para elegir confesor es indeterminado por parte del confesor y en cambio el permiso dado al confesor determina ya directamente la persona. Esto nada importa: lo primero, porque la determinación de la persona hecha por el que dio el poder, parece más pretendida y se presume que es más prudente, y por eso, por esta

detur magis intenta, & præsumitur magis prudens, & ideò ex hac parte facultas erit magis durabilis: tum quia licèt pœnitentis licentia sit, vt tali confessori confiteri possit, non expirabit, re integra, quia est priuilegium illi iam factum, non minus quàm licentia eligendi indefinitè.

13. *Declaratur dubiũ ex opinione probabili.*

Præterea multi probabiliter defendunt ordinaria rescripta, per quæ committitur discreto cõfessori facultas dispensandi cum Titio v.g. in tali voto, vel impedimento, &c. non expirare, re integra, morte concedentis, vt videri potest latè in Sancio supra n. 87. & tamen illa est gratia nõdum facta quoad effectum intentum, tamen quia est facta quoad licentiam, seu facultatem, censetur permanere; ergo idem in omni simili. Respondent aliqui illam facultatem dispẽsandi non relinqui in arbitrio delegati, sed necessario esse ab illo dispensandũ, eo ipso, quod rescriptum acceptat, si inueniat preces veritate niti, & ideò illam non esse tantum licentiam dispensandi, sed esse virtualem dispensationẽ, & ideò sicut dispensatio non retractatur per mortem concedẽtis, ita nec illã facultatem extingui. Sed hoc non videtur satisfacere, primò quia considerando statum rescripti antequam acceptetur, vel aperiatur, nullam necessitatem ponit, sed meram facultatem concedit. Secundò, & præcipuè, quia necessitas illa, quæ imponitur delegato videtur potius obstare durationi gratię, nam transit in mãdatum, & commune proloquiũ est, mandatum cessare per mortem mãdantis, re integra, iuxta dictum cap. *Gratum*, & cap. *Relatum*, & l. *Et quia*, ff. de Iurid. omni. iudic. & l. *Mandatum*, C. *Mandati*; ergo si facultas dispensandi data sacerdoti in fauorem tantum dispensandi durat, quia fuit pręcepta, etiam durabit data sine præcepto, quia minus habet mandati, & plus fauoris respectu delegati, quãdoquidem vsus ponitur in eius arbitrio, & non cogitur. Et profecto difficile creditu est, quòd licentia data à superiori cuidam subdito sacerdoti ad audiendam confessionem Petri, in fauorem solius Petri, & sine præcepto imposito sacerdoti, vt talem cõfessionem audiat, cesset, re integra per mortẽ concedentis, & tamen quod eadem facultas

Responsio aliquorum

Impugnat primò.

Secundò.

C. *Gratũ.* Cap. *Relatum.*

A data eidem sacerdoti in fauorem eiusdem pœnitentis, & cum præcepto, non expiret, re integra, cum aliàs sit vulgare principium, præceptum ab homine, quod non est per modum statuti, cessare mortuo præcipiente.

14. *Circa hæc duplex modus dicendi.*

Hæc argumenta petunt, vt explicemus, quando gratia censenda sit iam facta, & quando tantum facienda, in quo explicãdo non est facile generalem regulam præscribere: nam est etiam difficile discrimen constituere inter multos casus, de quibus ferri solet diuersum iudicium, cum tamen videantur omnino similes. Vnde cogitari possent duo modi dicẽdi extremè diuersi. Vnus est, omnem licentiam, vel facultatem, aut qualecumque priuilegium, seu rescriptum gratiæ concessum vni in ordine ad effectum gratiæ consequendum ab alio, cui potestas conferendi, vel dispensandi delegatur, censeri gratiam statim factam ex vi priuilegij, ante quem cumq; vsum eius, si materia gratiæ sit spiritualis, pertinens principaliter ad bonum animæ eius, propter quem conceditur, assequendum per vsum iurisdictionis voluntariæ, quæ sine strepitu iudicij illi operari potest, ideoq; talem facultatem non expirare per mortem concedẽtis, etiam si res sit integra. Secus verò esse in alijs facultatib' extra huiusmodi materiam concessis. Nam iura, quæ de similibus priuilegijs iudicant tanquam de gratijs non concessis, & ideo cessare in simili cásu statuunt; loquuntur vel in materia ambitiosa, qualis est materia beneficialis, de qua est sermo in dicto cap. *Si cui nulla*, & cap. *Si super gratia*, nam illa materia semper est odiosa, & restricti iuris. Vel loquuntur in materia fori contentiosi, ad quam reducuntur externi cõtractus, & negotia humana, de qua loquuntur dictum cap. *Gratum*, & cap. *Relatum*, & aliæ leges, quæ dicunt, mandatũ expirare morte mandantis, re existente integra.

Primus.

Ca. *Si cui nulla.* C. *Si super gratia.* C. *Gratũ.* C. *Relatũ.*

15. *Mod' probabilis.*

Atq; hic modus dicendi videtur fieri probabilis, tum quia iuxta illum facilè componuntur omnes difficultates positæ, & communia iura, quæ in hac materia loquuntur, commodè explicantur, tum etiam quia vtrumq; membrum est per se probabile, nam primum fauet animæ, & religioni, & in illa materia verisimi-

parte, la facultad será más durable; y lo segundo, porque aunque el permiso del penitente sea para que pueda confesarse con un determinado confesor, por más que la cosa esté aún intacta no expirará, y ello por ser un privilegio hecho ya a él lo mismo que el permiso de elegir un confesor indeterminado.

13. EXPLICACIÓN DEL PROBLEMA EN CONFORMIDAD CON UNA OPINIÓN PROBABLE.—RESPUESTA DE ALGUNOS.—DOS REFUTACIONES.—Además, muchos defienden con probabilidad que los rescriptos ordinarios por los que se da a un discreto confesor facultad para dispensar a Ticio v. g. de tal voto o impedimento, etc., no expiran —aunque la cosa está aún intacta— por la muerte del que los concedió, como puede verse ampliamente en SÁNCHEZ: es esa una gracia todavía no hecha en cuanto al efecto que se pretende, y sin embargo, como está ya hecha en cuanto al permiso o facultad, se juzga que perdura; luego lo mismo sucede en todos los casos como ese.

Responden algunos que esa facultad para dispensar no queda a voluntad del delegado sino que, por el mismo hecho de aceptar el rescripto y si halla que las preces se apoyan en la verdad, necesariamente tiene que dispensar; que por tanto eso no es sólo un permiso para dispensar sino una dispensa virtual, y así, lo mismo que la dispensa no se retracta por la muerte del que la concedió, tampoco aquella facultad se extingue.

Pero no parece que esta respuesta sea satisfactoria: lo primero, porque si atendemos al estado del rescripto antes de aceptarlo o abrirlo, no impone ninguna obligación sino que concede una mera facultad; y lo segundo y principal, porque esa obligación que se impone al delegado, más bien parece oponerse a la duración de la gracia por convertirse en mandato, y es un axioma común que el mandato —si la cosa está aún intacta— cesa por la muerte del que lo dio, según los cap. *Gratum* y *Relatum,* la ley *Et quia* del DIGESTO y la ley *Mandatum* del CÓDIGO.

Luego si la facultad para dispensar, dada a un sacerdote únicamente en favor del que ha de ser dispensado, perdura por haber sido mandada, también perdurará si se da sin mandarla, puesto que tiene menos de mandato y más de favor respecto del delegado, ya que su uso se deja a su voluntad y no se impone como obligatorio.

Ciertamente se hace difícil de creer que el permiso dado por el superior a un súbdito sacerdote para oír la confesión de Pedro en favor de solo Pedro y sin imponerle al sacerdote precepto de oír tal confesión, si está la cosa aún intacta cese por la muerte del que lo concedió, y que esa misma facultad, dada al mismo sacerdote en favor del mismo penitente y con precepto, estando la cosa aún intacta no expire, y eso siendo un principio vulgar que el precepto de origen personal que no sea a manera de estatuto, cesa con la muerte del que lo dio.

14. DOBLE MANERA DE HABLAR EN ESTA MATERIA.—Estos argumentos exigen que expliquemos cuándo a una gracia se la ha de tener por ya hecha y cuándo únicamente por hacer. No es fácil establecer una regla general, dado que también resulta difícil señalar la diferencia entre muchos casos sobre los cuales suele darse diverso juicio a pesar de parecer completamente iguales.

Podrían concebirse dos maneras de expresarse diametralmente diferentes.

Una es que a todo permiso o facultad, o a cualquier privilegio o rescripto de gracia concedido a uno en orden a conseguir un efecto de gracia de manos de otro a quien se le delega el poder de dar la gracia o la dispensa, se lo tiene por gracia ya hecha —en virtud del privilegio y antes de cualquier uso suyo— si la materia de la gracia es espiritual, si se refiere principalmente al bien del alma de aquel por razón del cual se concede, y si se ha de conseguir por el uso de una jurisdicción voluntaria que puede obrar en favor suyo sin estrépito de juicio; y que por tanto, tal facultad no expira por la muerte del que la concedió aunque la cosa esté aún intacta.

Que otra cosa sucede con las otras facultades relativas a otras materias, puesto que los textos jurídicos que juzgan de tales privilegios como de gracias no concedidas y que por tanto establecen que en ese caso cesan, hablan, o de materia ambiciosa —cual es la materia de beneficios, de la que se trata en los cap. *Si cui nulla* y *Si super gratia*—, pues esa materia siempre es odiosa y de derecho estricto, o de materia del fuero contencioso, a la cual se reducen los contratos externos y los negocios humanos: de ella hablan los cap. *Gratum* y *Relatum* y otras leyes que dicen que el mandato —si la cosa está aún intacta— expira con la muerte del que lo dio.

15. MANERA PROBABLE.—Esta manera de expresarse parece que resulta probable.

Lo primero, porque con ella se resuelven fácilmente todas las dificultades que se han puesto, y se explican bien los textos jurídicos comunes que hablan de esta materia.

Lo segundo, porque sus dos partes son de suyo probables: la primera favorece al alma y a la religión, y en esa materia es verisímil que los Papas no menos quieran favorecer a aque-

risimile est, Pontifices non minus velle fauere ijs, pro quibus gratiæ concedũtur, quàm ijs, quibus conceduntur. Secundum autẽ est satis expressum in iure & restringit ambitiones, & fraudes, ac lites. Tum deniq; quia omnia exempla in contrarium obiecta pertinent ad primum membrum, & ferè omnia admittuntur communiter, licet propter alias rationes, quod parum refert. Solumque illud de licẽtia data confessori in fauorem pœnitentis à multis negatur, vt videre licet in Sanci. supra n.83. Sed profecto rationes à nobis factæ videntur contrarium efficaciter suadere, & non carere auctoribus. Nam Feder. Sylvest. Angel. & alij, qui id admittunt in facultate dispensandi cum tali, idem dicerẽt in potestate absoluendi sacramentaliter, & cum indistinctè loquantur, non oportet restringere illam sentẽtiam ad priuilegium datum principaliter in fauorem delegati. Præsertim quia, vt dixi, quando persona designatur, regulariter, & ex vi formæ censetur dari in fauorem eius, siue facultas sit ad dispensandum, siue ad absoluendum. Nec etiã est cur id limitetur ad facultatem datã cum præcepto exercendi actum, vel sine illo, quia hæc differentia à paucis Doctoribus consideratur, nec iure probatur, & parum interest, vt ostẽsum est, præsertim in negotio confessionis. Et ita re tota attentè considerata, nihil ex illo membro sequitur, quod singulare sit, vel nouum, vel alicui iuri repugnãs, quia iura in alijs materijs loquuntur, vt dixi.

Sanci.

16. *Secundum membrum quid probat.*

Secundum autẽ membrum habet fũdamentum non in sola rei natura, nec tantum in coniecturata mente concedẽtis, sed in iure positiuo ita disponẽte. Et ideo non procedunt contraria exẽpla, quia nec materia, nec dispositio iurium est similis. Nec etiam procedunt rationes, quia cum hæc res pendeat ex iure, rationes non possunt esse efficaces. Nam illa licentia, vel qualecumq; ius, quod videtur resultare in prouidẽdo ex facultate, vel mandato alteri dato ad prouidendum illum, in iure non reputatur vt aliquid factum, sed vt existens in fieri, & ideo sicut suprà dicebamus, iurisdictionem delegatam in foro contentioso, non firmari, re integra, ex dispositione iuris, ita dicendum est de illa licentia, vel qualicumque iure in illis materijs. Et ita facilè conciliantur, & expediuntur omnia. Et hunc modum dicendi ego libenter amplectererer, quia verò illũ non inuenio sub hac forma ab auctoribus assertum, alijs cõsiderandum relinquo.

A

17. *Secundus modus dicendi.*

Alter ergo modus dicendi esse potest, vt regula hæc vniuersalis sit in omnibus materijs, quod facultas alicui data ad exercendum effectum gratiosum circa alium, si sit facta tantum in gratiam personæ designatæ, cui talis effectus est conferendus, dum res est integra, non censetur gratia facta, sed facienda. Et fundamentum esse debet, quia quædam iura ita statuunt. Et licèt in determinatis materijs loquantur, nõ videntur niti in ratione specialitatis materiæ, sed in forma, & modo concessionis, vt Glossæ, & Doctores interpretantur. Et ita admittendum non est, quod in quadam obiectione dicebatur, in his rescriptis delegatum esse executorem gratiæ alteri concessæ, sed dicendum est, delegatum esse executorem gratiæ alteri concedendæ; nam antequam ille vtatur suo munere, saltem inchoatiuè, non censetur gratia facta, ex iurium dispositione. Ad exempla autem in contrarium adducta responderi posset, negando omnia, in quibus regula illa propriè non seruatur, etiamsi maximè versentur circa materiam spiritualem, vel concernentem illam, & omnino fauorabilem, ac pertinentem ad iurisdictionem voluntariam, & siue potestas delegata detur directè sacerdoti dispensaturo, siue detur per licentiam directè concessam ipsi dispensando, vel absoluendo. Hæc autem responsio est nimis rigorosa, & valde contraria praxi, & fauori animarum, & ideò illam non censeo admittendam.

B C D

18. *Distinctio notanda ad declarationem doctrinæ traditę.*

Quocirca melius fit distinctio inter facultatem hanc directè datam delegato in fauorem tertij, & datam directè ipsi pœnitenti, vt eligat confessorem, vel quid simile: nam per priorem non censetur fieri vlla gratia illi tertio, sed solum parari viam ad illam obtinendam, & creari causam, vt sic dicam, per quam fiat, & ideo donec illa causa aliquid operetur circa illum tertium,

D 14 operetur circa illum ter- / *operetur*

llos para los cuales se conceden las gracias que a aquellos a quienes se conceden; y la segunda está bastante expresa en el derecho y restringe las ambiciones, los fraudes y los procesos judiciales.

Y lo tercero y último, porque todos los ejemplos que se han aducido en contra, pertenecen a la primera parte, y casi todos ellos se admiten comúnmente aunque por otras razones, lo cual importa poco.

Solamente niegan muchos el de la licencia dada al confesor en favor del penitente, como puede verse en SÁNCHEZ.

Pero por cierto, las razones que hemos aducido nosotros parecen probar bien lo contrario y no carecen de autores que las respalden. FEDERICO, SILVESTRE, ANGEL y otros que admiten esto tratándose de la facultad de dispensar a una determinada persona, lo mismo dirían del poder de absolver sacramentalmente, y, hablando como hablan sin hacer distinciones, no hay por qué restringir su opinión al privilegio dado principalmente en favor del delegado. Sobre todo que —según he dicho antes— cuando se señala la persona, normalmente y en virtud de la forma se juzga que se da en favor de ella, tanto si la facultad es para dispensar como si es para absolver.

Tampoco hay por qué limitarla a la facultad dada con mandato o sin mandato de ejercitar el acto, porque esta diferencia pocos son los doctores que la tienen en cuenta, el derecho no la aprueba, y —según se ha demostrado— interesa poco, sobre todo en materia de confesión.

Y así, examinada toda la cosa con atención, nada se sigue de esa parte que sea extraordinario o nuevo o contrario a algún texto jurídico, pues los textos —según he dicho— hablan de otras materias.

16. ¿QUÉ PRUEBA LA SEGUNDA PARTE?—La segunda parte tiene su base no sólo en la naturaleza de la cosa, ni sólo en los indicios de la intención del que concedió el privilegio, sino en el derecho positivo que lo dispone así.

Por tanto, los ejemplos contrarios no valen, porque ni la materia ni la disposición de las leyes están de acuerdo con ellos; ni valen tampoco las razones, porque dependiendo como depende esto del derecho, las razones no pueden ser convincentes.

En efecto, el permiso aquel o cualquier derecho que en el que ha de ser proveído parece seguirse como resultado de la facultad o mandato dado al otro para proveerle, en el derecho no se lo tiene como algo hecho sino como algo que se está haciendo, y por tanto, lo mismo que dijimos antes —que la jurisdicción delegada para el fuero contencioso si la cosa está aún intacta, no queda consolidada por disposición alguna del derecho— también hay que decirlo de ese permiso o de cualquier derecho en esas materias, y así fácilmente se concilia y se resuelve todo.

Gustoso adoptaría yo esta manera de hablar; pero como no la encuentro expresada por los autores en esta forma, la dejo a la consideración de otros.

17. SEGUNDA MANERA DE HABLAR.—La segunda manera de hablar puede ser, que se tenga por regla general en todas las materias lo siguiente: que a la facultad dada a uno para producir un efecto de gracia en otro, si se ha dado sólo en favor de la persona señalada para producir en ella tal efecto, mientras la cosa está aún intacta no se la tiene por una gracia ya hecha sino por hacer.

Y el argumento debe ser que algunas leyes lo establecen así. Y aunque hablan en determinadas materias en particular, no parecen apoyarse en las razones particulares de la materia sino en la forma y manera de la concesión, según interpretan las GLOSAS y los doctores.

Y así, no es admisible lo que se decía en cierta objeción, que en estos rescriptos el delegado es el ejecutor de una gracia concedida al otro: lo que hay que decir es que el delegado es el ejecutor de una gracia que se va a conceder al otro, pues antes de que él haga uso de su cargo al menos incoativamente, no se juzga que la gracia esté hecha, y eso por disposición de las leyes.

A los ejemplos aducidos en contra podría responderse rechazando todos aquellos en que esa regla propiamente no se observa por más que versen sobre materia espiritual o relacionada con ella y completamente favorable y perteneciente a la jurisdicción voluntaria, y lo mismo si el poder delegado se da directamente al sacerdote que ha de dispensar, como si se da mediante una licencia concedida directamente al mismo a quien se ha de dispensar o absolver.

Pero esta respuesta es demasiado rigurosa y muy contraria a la práctica y al favor de las almas, y por tanto no juzgo que se la deba admitir.

18. UNA DISTINCIÓN PARA EXPLICAR LA DOCTRINA DADA.—Por eso, mejor es distinguir entre esta facultad dada directamente al delegado en favor del tercero, y la dada directamente al penitente mismo para elegir confesor, o cosa parecida: por la primera no se juzga que se haga gracia alguna al tercero, sino únicamente que se prepara el camino para obtenerla y se crea —digámoslo así— la causa que ha de producirla, y que por tanto, hasta que esa causa obre

circa illum tertium, non censeri gratiam vllam factam illi tertio, neque esse in illo factum aliquid, quod in ipso permanere possit, si re integra concedens moriatur. Nam illud ius, vel licentia, quod in obiectione principali considerratur, non reputatur vt aliquid in illo existens, sed vel est sola permissio, vt alius possit circa illum operari, vel est quasi denominatio extrinseca resultās ex potestate alteri concessa, quæ denominatio non potest durare, deficiente illa potestate, nec potestas illa firmari potest ex illa denominatione, cum ab illa potius resultet. Potestas autem ipsa sic concessa, etiam si iam sit moraliter in eo, cui directè conceditur, non censetur priuilegium eius, nec gratia illi facta, cum non sit data in fauorem eius, & ideò per se non firmatur sine aliquo vsu, quia reputatur mandatum, & non gratia. Et idem censeo quoad hanc partem in rescriptis dispensationum, quæ secum afferunt obligationem dispēsandi, quia ibi non habet locum ratio, vel natura priuilegij respectu delegati, sed potius ratio mandati.

19. *Altera pars distinctionis declaratur.*

At verò quando rescriptum directè concedit facultatem aliquam, vel licentiam subdito, licet vsus eius pendeat ex alio operante circa ipsum, vt est in licentia eligendi confessorem, vel confitendi tali Sacerdoti designato à concedente, & in literis dimissorijs ad suscipiendos ordines à quocumque vel à tali Episcopo, & in similibus, tunc talis licentia est verum priuilegium, & gratia re vera est iam facta quoad suam immediatam concessionem, & ideo etiam si moriatur concedens, re existente integra, non perit, sed in eo etiam seruatur regula principalis à nobis posita, vt in alijs locis, quæ citaui, in particulari dixi. Et declarari nunc potest, quia similes licentiæ, & priuilegia data ad actus, qui non pendent ex actione alterius tertij circa priuilegiatum, vt sunt licentia non ieiunandi, laborandi in die festo, celebrandi in priuato oratorio, audiendi sacrum tempore interdicti, & similia non cessant per mortem concedentis, etiam re integra, vt est ferè communis cōsensus; ergo idem erit, etiam si actus concessus consistat in recipiendo aliquid ab alio, quia eodem modo est iam facta gratia, & non tantum facienda, cum sub eadem forma detur licentia. Vnde in illo habere potest locum, quod supra dicebatur, scilicet, illum tertium esse quasi executorem gratiæ alteri iam factæ, & ideo firmari ratione illius, etiam si res sit integra, argumento cap. *Si super gratia*, de Offic. delegati, in sexto, & regulæ generalis, quod accessorium sequitur principale. Et ita constituitur facile differentia inter hunc modum, & præcedentem, quia in hoc gratia, quæ fit priuilegiato, non est solus effectus futurus, neque est sola permissio, vel denominatio à potestate alteri concessa, sed est vera concessio alicuius immunitatis, vel moralis potestatis, vt satis explicatum est. Neque videtur necessarium ad singula, quæ ibi inculcātur, speciatim respondere. Solum potest in particulari inquiri, an in iudicio cōfessionis admittenda etiam sit illa differentia inter facultatem datam pœnitenti ad assumendum talem confessorē, vel datam confessori ad audiendum talem pœnitentem in solum fauorem ipsius pœnitentis. Multi enim ita sentire videtur, quia hæc est generalis iuris dispositio, quæ non cessat in illa materia particulari, licèt fortasse cesset negatiue ratio eius, quod est probabile, mihi tamē contrariū magis probatur, vt in materia de pœnitētia dixi, quia illud iudiciū magis est gratiæ, quàm iustitiæ, & ita iurisdictio in illo foro cōcessa p regulā gratię potius quā iustitię metiēda est.

C. *Si super gratia.*

Differentia inter duos modos prædictos.

Dubiū incidens.

20. *Quæ requiruntur, vt priuilegiū permaneat post mortem concedentis.*

Adhuc verò superest in alio sensu explicandum, quæ requirantur ex parte priuilegij, vt censeatur plenè cōcessum, & firmatum ad permanendū post mortem concedentis. In quo primo peti potest, an oporteat esse scriptum. Nam si non solum sit concessum, sed etiam authentice scriptum, & à priuilegiario acceptatum, eo ipso habet illam firmitatem, quia iam est plenè concessum in actu primo, vt sic dicam, & nullus actus secundus, seu vsus est necessarius. Et ita in hoc omnes auctores citati concordant. Difficultas verò est, an præter concessionem concedentis verbis saltem expressam sufficienter (nam hoc saltē indubitanter necessariū est) requirantur aliæ duæ conditiones.

algo con relación al tercero, no se juzga que se haya hecho gracia alguna a ese tercero ni que se haya hecho en él nada que pueda perdurar en él si el que lo concedió se muere estando aún la cosa intacta.

En efecto, a ese derecho o licencia a que se atiende en la objeción principal no se lo tiene por algo que exista en él sino que es, o sólo una permisión para que el otro pueda obrar con relación a él, o —como quien dice— una denominación extrínseca resultante del poder concedido al otro, denominación que no puede perdurar al faltar ese poder ni tampoco consolidar ese poder siendo como es más bien un resultado de él.

Y el poder mismo concedido de esa manera, aunque esté ya moralmente en aquel a quien directamente se concede, no se lo tiene por un privilegio suyo ni por una gracia hecha a él, no habiéndosele dado en favor de él, y por tanto de suyo no se consolida sin algún uso de él, puesto que se lo tiene por un mandato y no por una gracia.

Y lo mismo juzgo —en cuanto a esto— de los rescriptos de dispensas que llevan consigo la obligación de dispensar, puesto que en ellos no se verifica la noción o naturaleza de privilegio respecto del delegado sino más bien la noción de mandato.

19. Explicación de la segunda parte de la distinción.—En cambio, cuando el rescripto concede una facultad o licencia directamente al súbdito aunque su uso dependa de otro que haya de obrar con relación a él —como sucede con la licencia para elegir confesor o para confesarse con determinado sacerdote señalado por el que la concede, con las dimisorias para recibir las órdenes de manos de cualquier obispo o de tal determinado obispo, y con otras cosas así—, entonces tal licencia es verdadero privilegio, y la gracia en realidad está ya hecha en cuanto a su concesión inmediata, y por tanto, aunque el que la concedió muera estando aún intacta la cosa, no perece sino que en ella se cumple la regla principal que hemos puesto, según he dicho en particular en los otros pasajes que he citado.

Podemos ahora explicarlo: Tales licencias y privilegios, dados para actos que no dependen de la acción de un tercero con relación al privilegiado —como son la licencia para no ayunar, para trabajar en los días festivos, para celebrar en oratorios privados, para oír misa en tiempo de entredicho, y otros parecidos—, no cesan por la muerte del que los concedió aunque la cosa esté aún intacta: en esto están de acuerdo casi todos. Luego lo mismo sucederá aunque el acto concedido consista en recibir algo de manos de otro, ya que la gracia está también ya hecha y no sólo por hacer, dándose como se da la licencia en la misma forma.

Por eso es aplicable a él lo que decíamos antes, a saber, que el tercero es como el ejecutor de una gracia hecha ya al otro, y que por tanto, por razón de éste esa gracia queda consolidada aunque la cosa esté aún intacta: pruebas de esto son el cap. *Super gratia* y la regla general de que lo accesorio sigue a lo principal.

De esta forma resulta fácil determinar la diferencia entre esta manera y la anterior: en ésta la gracia que se hace al privilegiado no es sólo un efecto futuro ni sólo una permisión o una denominación procedente del poder concedido al otro, sino una verdadera concesión de una inmunidad o de un poder moral, como se ha explicado ya suficientemente.

No parece necesario responder en particular a cada uno de los puntos en los que se hace hincapié allí. Unicamente puede preguntarse en particular si en el juicio de la confesión se ha de admitir también la diferencia entre la facultad dada al penitente para tomar tal confesor y la dada al confesor para oír a tal penitente sólo en favor del mismo penitente.

Muchos parecen pensar así por ser esta una disposición general del derecho, que no cesa en esa materia particular aunque tal vez cese negativamente su razón, lo cual es probable. A mí sin embargo me agrada más lo contrario, según dije en el tratado de la Penitencia, porque ese juicio más es de gracia que de justicia, y así la jurisdicción concedida para ese fuero más se ha de medir con una regla de gracia que de justicia.

20. Requisitos para que el privilegio perdure después de la muerte del que lo concedió.—El instrumento escrito y sellado ¿favorece al privilegio?—Todavía queda por explicar en otro sentido lo que se requiere por parte del privilegio para que se lo pueda tener por plenamente concedido y consolidado de forma que perdure después de la muerte del que lo concedió.

Sobre esto puede preguntarse —en primer lugar— si es preciso que esté escrito. En efecto, si no sólo está concedido sino también auténticamente escrito y aceptado por el privilegiado, por ese mismo hecho tiene esa firmeza, puesto que está ya plenamente concedido —digámoslo así— en acto primero, y no es necesario ningún acto segundo o uso: en esto están de acuerdo todos los autores que se han citado.

Pero la dificultad está en si, además de la concesión suficientemente expresada al menos de palabra —pues al menos esto es indudablemente necesario—, se requieren las otras dos

Instrumentum scriptum & bullatũ an cõfert ad priuilegium.

Et primo est dubium de instrumento scripto,& bullato, seu authentico. Sed hoc dubium definiendum est iuxta supra dicta de necessitate scripturæ ad substantiam, vel valorem priuilegij. Nam supponendo, scripturam non esse necessariam ad esse, sed ad probationem, dicendum est, priuilegium solo verbo concessum,& nondum in scriptis redactum non amitti per mortem concedentis ex solo illo defectu, quia iam est firmum,& validum ex ea parte,& ita in illo procedit regula posita. Tradit Syluester. verb. *Gratia*, quæstione secunda, cum Ioanne Andrea, & Archid. in Prolog. libr.6. & alios plures refert Sanci. dicto libro octauo, disputation. 29.&Nauar.de Reddit.Eccles. quæst. 3. Moni.8. cum Felin. in Rubrica de Cõstitutioni.

Syluest. Ioã. And. Archid. Sanci. Nauar. Felin.

8. *Aliud dubium de acceptatione priuilegiarij.*

Aliud dubium est, an requiratur acceptatio priuilegiarij, & consequenter an priuilegium nondum acceptatum à priuilegiario,neque per se,neque per alium, expiret morte concedentis. Videtur enim expirare, quia nondum est factum,sed est in fieri, nondum enim est receptum in persona priuilegiati, quia expectatur consensus eius, regulariter loquendo, iuxta superius dicta. Nihilominus dicendum est, tale priuilegium non extingui ipso facto morte concedentis, sed manere in eodem statu, in quo antea erat, vt possit acceptari ab eo,cui est concessum, & ita consummari, & prodesse illi. Hæc fuit sententia Lapi. Dominici, Franci, & Portij,quos refert, & sequitur Sanci.libr. 8. de Matrimon.disputation.28. numer.43.&69. Fundamentum est, quia priuilegium illud ex parte Principis fuit perfecte cõcessum, & in morte non est reuocatum per expressam voluntatem concedentis,vt supponimus; ergo in illo priuilegio seruanda est regula gratiarum,quæ non expirant morte concedentis, quia in ea magis attenditur absoluta voluntas concedentis, quàm acceptatio alterius. Accedit,quod in alijs donationibus similis regula seruatur iuxta probabiliorem sententiam, de qua videri potest Molin. libr. 4. de Primogen.cap. 2.numer.77. & Couar.de Testament. in Rubric.3.part.num.13.& Sanc. lib.1.de Sponsal.disputation.6. num.5. Dixi autem illud priuilegium permanere in eodem statu, in quo antea erat, quia non confert nouum ius priuilegiario, sed solum ad hoc perseuerat ex vi voluntatis defuncti, vt possit ab illo acceptari. Vnde fit,vt sicut antea erat reuocabile à concedente ante acceptationem, argumento l. *Nec ambigi*, C. de Donat. ita postea possit reuocari à successore cõcedentis antequam sit acceptatum: Nã eandem omnino, & æquè plenam potestatem habet, quia non succedit tanquam hæres ex voluntate defuncti, sed succedit ex noua electione, vel prouisione in integra dignitate, ac potestate.

Conclusio.

Lap. Dominic. Franc. Port. Sanc.

Molina. Couar. Sanc.

Priuilegiũ quomodo reuocabile

CAPVT XXXII.

Quando ratione formæ concessionis duratio priuilegij limitetur ad vitam concedentis.

1. *Quomodo ratione formæ cessat priuilegiũ.*

IN regula superiori capite posita limitationem addidimus, videlicèt, priuilegium non amitti per mortem concedentis,nisi forma id exigat:propter hanc ergo partem explicandam præsens caput proponimus. In quo vnum est clarum,scilicèt, hoc maximè habere locum, si expræssè concedens dixerit, *quandiu vixero*, vel quid simile, quia non potest esse clarior forma. Tunc autem (vt hoc obiter notem) non fit exceptio propriè à regula, quia tunc non amittitur priuilegium ex vi defectus causæ efficientis, sed per lapsum temporis,iuxta dicta in primo modo amissionis. Quia illa verba habent vim ponendi terminum durationi priuilegij, vt si concedens diceret, quandiu præsens fuero, vel quandiu absens fuero, vel quid simile. Sicut est etiam probabile, ex efficacia verborum formæ fieri posse, vt priuilegium non cesset morte concedentis, quod aliàs periret, nisi talis esset forma. Vt quidam dixerunt de priuilegio v. g. eligendi confessorem absolutè concessum, amitti morte concedentis, si autem concedatur per annum, non perdi intra illum, etiam si moriens in illo decedat, quod an sit consequenter dictum, in dubio sequenti dicam.

Et

B margen *expraesse / expresse*

D 11 moriens / *concedens*

condiciones. Y en primer lugar, se duda sobre el instrumento escrito y sellado o auténtico.

Esta duda se ha de resolver en conformidad con lo que antes se dijo sobre la necesidad de la escritura para la sustancia y validez del privilegio: suponiendo que la escritura no es necesaria para el ser sino para la prueba, hay que decir que el privilegio concedido sólo de palabra, pero aún no escrito, por sola esa falta no se pierde con la muerte del que lo concedió, pues por esa parte ya está seguro y es válido, y así vale para él la regla que se ha dado. Así lo enseña SILVESTRE con JUAN DE ANDRÉS y GUIDO DE BAYSIO; otros más cita SÁNCHEZ; y TAMBIÉN AZPILCUETA con FELINO.

21. OTRA DUDA: SOBRE LA ACEPTACIÓN DEL PRIVILEGIADO. — CONCLUSIÓN. — REVOCABILIDAD DEL PRIVILEGIO.—La otra duda es si se requiere la aceptación del privilegiado, y consiguientemente si un privilegio que todavía no haya sido aceptado por el privilegiado, ni por sí ni por medio de otro, expira con la muerte del que lo concedió.

Al parecer expira, porque todavía no está recibido en la persona del privilegiado, pues normalmente —conforme a lo que antes se dijo— se espera su consentimiento.

Vnde circa secuudam dubitationem difficile creditu est, illam cōcessionem durare transacto anno, cum simpliciter annua tantum sit, & additio *ad beneplacitum* videatur restringere, non augere. Et confirmatur; nam si concedēs dicat, ad annum, nisi reuocauero, certè finito anno, extinguitur facultas, etiamsi non reuocetur, quia secundum communem sensum, illa additio, si non reuocauero, non auget, sed limitat, vel declarat concessionem annuam, vt nihilominus intra annum possit reuocari, idemq; erit, si dicatur, ad annum donec reuocauero, quanuis enim inusitatus sit talis loquendi modus, tamen si vsurpetur idem erit sensus, & eadem intentio loquētis. Alioqui censeretur concedere irreuocabiliter per annum, & postea perpetuo donec reuocetur, quod certè verisimile non est. Ergo idem cum proportione videtur dicēdum de illo complexo, *Ad annum secundum beneplacitum*, tū quia magis restrictiua est hæc particula *ad beneplacitum*, quàm illa *donec reuocauero*, tum etiam, quia magis ampla esset concessio illa complexa, *ad annum secundum beneplacitum*, quam simplex *ad beneplacitum*, quod non videtur verisimile. Denique iuxta priorem expositionem sensus est quasi diuisiuus, & copulatiuus, scilicet, concedo ad annum, & ad beneplacitū, quem ego libenter admitterem, quando dictio copulatiua in cōcessione poneretur modo prædicto. At verò quando non ponitur non est supplenda, quia iam est sēsus volūtarius, & improprius. Nam cōcessio est simplex, & per cathegoricam propositionem de prædicato complexo ex duplici additione se inuicem determinante, scilicet, annum ad beneplacitum, seu beneplacitum ad annum, & hoc secundo modo est limitata concessio annualis, vt explicatum est. Atque hic sensus in rigore verborum videtur mihi magis intentus, licet fortasse superior vt fauorabilior frequentius sit acceptandus.

Sensus primus est fauorabilior, secūdus autem magis intentus.

13. *Notandū circa primam sentētiam.* *Henr.*

Aduertendum tamen est, illam sentētiam probabiliorem videri, si verba cōcessionis sint, do licentiam *ex beneplacito ad annum*, de qua forma loquitur Henr. suprà, quia ibi beneplacitum non ponitur ex parte termini, nec vt limitatio durationis annuæ, sed tantum vt principium gratię, & concessionis simpliciter factę per annum. Et in hoc sensu verissimum censeo, non cessare gratiam intra annum per mortem concedentis, quia pro illo anno simpliciter est facta ex beneplacito. Consequenter tamen in eodem sensu dicendum est illam gratiam non durare post annum, etiam viuente concedente, quia præcisè ad annum illam concessit, nec beneplacitum eius ad maius tempus fuit extensum, nec per solam vitæ durationem extenditur, vt per se notum est.

CAPVT XXXIII.

De amissione priuilegij per renunciationem expressam.

1. *De renunciatione.*

DEclaratis modis, quibus priuilegium ex se, & quasi ab intrinseco finitur, sequitur dicendū de ablatione illius per actionem aliquam contrariam, quæ potest esse vel ipsius proprij priuilegiarij, vel alterius. Vna ergo actio priuilegiarij sufficiens ad tollendum ab ipso priuilegium censetur esse renunciatio, de qua in præsenti capite dicendum est. Et in primis suppono, priuilegium habens permanentem durationem cum tractu successiuo in ordine ad futuras actiones, vel receptiones, aut omissionem illarum, renunciabile esse ab ipso priuilegiario, per se loquēdo. Loquor de priuilegio permanente per modum potentiæ, seu actus primi, vt excludam priuilegium, quod momentaneum habet effectum, & solū datur per modum dispensationis tollentis aliquod vinculum, vel impedimētum, illud enim postquam semel est cōcessum renunciabile non est, quia semel factum infectū esse non potest, seu quod ablatum est, redire nō potest, præcipuè per priuatam hominis voluntatem. Sic priuilegium tollēs irregularitatem renunciari non potest, quia non potest homo illam priorem irregularitatem in se iterum facere. Sic etiam qui dispensationem voti obtinuit, & semel acceptauit, non potest amplius illi renunciare, quia non potest priorem obligationem reparare, licèt possit nouum votū de nouo facere. Ita etiam qui est dispēsatus in impedimēto consanguinitatis, non

Primò supponendū.

Priuilegiū quod momentaneū habet effectum renūtiabile non est.

Exemplū in irregularitate.

Item in voto.

Item in impedimento matrimonij.

A 1 secuudam / *secundam*

12. EL PRIMER SENTIDO NO RESUELVE FÁCILMENTE EL SEGUNDO PROBLEMA.—EL PRIMER SENTIDO ES MÁS FAVORABLE, EL SEGUNDO MÁS NATURAL.—Por eso, acerca del segundo problema, resulta difícil creer que esa concesión, una vez pasado el año, perdure, dado que es sencillamente y sólo anual y la adición *a mi beneplácito* parece restringir, no ampliar.

Confirmación: En el caso de que el que hace la concesión diga *Para un año si no la revoco,* ciertamente al terminar el año se extingue la facultad aunque no sea revocada, puesto que —según el común sentir— la adición *Si no la revoco* no amplía sino limita o explica la concesión anual en el sentido de que en todo caso puede ser revocada.

Y lo mismo será en el caso de que se diga *Para un año hasta que la revoque,* pues aunque esta fórmula no sea usual, con todo, en caso de emplearse, el sentido será el mismo y la misma la intención del que habla: de no ser así, se juzgaría que hacía la concesión irrevocablemente para un año y después perpetuamente hasta que fuera revocada, lo cual no es verisímil.

Luego lo mismo parece que se ha de decir también de la fórmula compuesta *Para un año según mi beneplácito.*

Lo primero, porque más restrictiva es la cláusula *a mi beneplácito* que *hasta que yo la revoque.*

Lo segundo, porque la concesión compuesta *para un año según mi beneplácito* sería más amplia que la simple *a mi beneplácito,* lo cual no parece verisímil.

Finalmente, conforme a la primera interpretación el sentido es —como quien dice— divisivo y copulativo, a saber, *Concedo para un año y a mi beneplácito,* sentido que yo admitiría gustoso si la frase copulativa se pusiera en la concesión de la manera dicha; pero si no se la pone, no se la debe suplir, porque ya ese sentido resulta arbitrario e impropio.

En efecto, la concesión es sencilla y de una proposición categórica sobre un predicado compuesto de dos adiciones que mutuamente se determinan, a saber, *un año a beneplácito* o *beneplácito para un año,* y de esta segunda manera queda limitada la concesión anual, según se ha explicado.

Este sentido en conformidad con el sentido riguroso de las palabras, me parece a mí más natural, aunque tal vez el anterior —como más favorable— se haya de aceptar con más frecuencia.

13. UNA OBSERVACIÓN SOBRE LA PRIMERA OPINIÓN.—Pero hay que observar que esa opinión parece más probable si las palabras de la concesión son *Doy licencia por beneplácito para un año,* que es la fórmula de que habla ENRIQUE, porque en ella el beneplácito no se pone por parte del término ni como una limitación de la duración anual, sino sólo como el origen de la gracia y concesión que se hace sencillamente para un año.

En este sentido tengo por verdaderísimo que la gracia no cesa dentro del año por la muerte del que la concedió, porque se hizo sencillamente para ese año por beneplácito.

En consecuencia, hay que decir —sin embargo— en el mismo sentido, que esa gracia no perdura después del año aunque viva el que la hizo, porque la concedió precisamente para un año y su beneplácito no se amplió a un tiempo mayor ni se amplía sólo porque dure la vida, como es evidente.

CAPITULO XXXIII

PÉRDIDA DEL PRIVILEGIO POR RENUNCIA EXPRESA

1. LA RENUNCIA.—PRIMERA SUPOSICIÓN.—EL PRIVILEGIO DE EFECTO MOMENTÁNEO NO ES RENUNCIABLE.—EJEMPLOS DE LA IRREGULARIDAD, DEL VOTO, DEL IMPEDIMENTO MATRIMONIAL.—DE SUYO EL PRIVILEGIO PROPIAMENTE DICHO NO ES RENUNCIABLE.—Explicadas las maneras como el privilegio termina por sí mismo y —como quien dice— desde dentro, resta hablar de su supresión por alguna acción contraria.

Esta acción puede ser del mismo privilegiado o de otro.

La única acción del privilegiado capaz de quitarle el privilegio, se juzga que es la renuncia: de ella vamos a hablar en este capítulo.

Y en primer lugar, doy por supuesto que un privilegio de duración permanente con desarrollo sucesivo en orden a acciones, recepciones u omisiones futuras, de suyo es renunciable por parte del mismo privilegiado. Hablo de un privilegio permanente a manera de potencia o acto primero, excluyendo el privilegio que tiene efecto momentáneo y que sólo se da a manera de dispensa que quita un vínculo o impedimento: éste, una vez concedido, no es renunciable, pues una vez realizado, no puede quedar no realizado, o lo que ha sido quitado no puede volver, sobre todo por voluntad particular del hombre.

Así, el privilegio que quita una irregularidad no puede renunciarse, porque el hombre no puede rehacer en sí mismo de nuevo la primera irregularidad.

Lo mismo, quien ha obtenido y aceptado una vez la dispensa de un voto, no puede renunciar ya a ella, porque no puede rehacer la primera obligación, aunque sí pueda hacer de nuevo el voto.

Así también, quien ha sido dispensado del impedimento de consanguinidad, propiamente no puede renunciar a esa dispensa. Podrá, sí, no

12. *Primus sēsus non facile dissoluit secūdū dubium.*

Vnde circa secuudam dubitationem difficile creditu est, illam cōcessionem durare transacto anno, cum simpliciter annua tantum sit, & additio *ad beneplacitum* videatur restringere, non augere. Et confirmatur; nam si concedēs dicat, ad annum, nisi reuocauero, certè finito anno, extinguitur facultas, etiamsi non reuocetur, quia secundum communem sensum, illa additio, si non reuocauero, non auget, sed limitat, vel declarat concessionem annuam, vt nihilominus intra annum possit reuocari, idemq; erit, si dicatur, ad annum donec reuocauero, quanuis enim inusitatus sit talis loquendi modus, tamen si vsurpetur idem erit sensus, & eadem intentio loquētis. Alioqui censeretur concedere irreuocabiliter per annum, & postea perpetuo donec reuocetur, quod certè verisimile non est. Ergo idem cum proportione videtur dicēdum de illo complexo, *Ad annum secundum beneplacitum*, tū quia magis restrictiua est hæc particula *ad beneplacitum*, quàm illa *donec reuocauero*, tum etiam, quia magis ampla esset concessio illa complexa, *ad annum secundum beneplacitum*, quam simplex *ad beneplacitum*, quod non videtur verisimile. Denique iuxta priorem expositionem sensus est quasi diuisiuus, & copulatiuus, scilicet, concedo ad annum, & ad beneplacitū, quem ego libenter admitterem, quando dictio copulatiua in cōcessione poneretur modo prædicto. At verò quando non ponitur non est supplenda, quia iam est sēsus volūtarius, & improprius. Nam cōcessio est simplex, & per cathegoricam propositionem de prædicato complexo ex duplici additione se inuicem determinante, scilicet, annum ad beneplacitum, seu beneplacitum ad annum, & hoc secundo modo est limitata concessio annualis, vt explicatum est. Atque hic sensus in rigore verborum videtur mihi magis intentus, licet fortasse superior vt fauorabilior frequentius sit acceptandus.

Sensus primus est fauorabilior, secūdus autem magis intentus.

13. *Notandū circa primam sentētiam.* *Henr.*

Aduertendum tamen est, illam sentētiam probabiliorem videri, si verba cōcessionis sint, do licentiam *ex beneplacito ad annum*, de qua forma loquitur Henr. suprà, quia ibi beneplacitum non ponitur ex parte termini, nec vt limitatio durationis annuæ, sed tantum vt principium gratię, & concessionis simpliciter factę per annum. Et in hoc sensu verissimum censeo, non cessare gratiam intra annum per mortem concedentis, quia pro illo anno simpliciter est facta ex beneplacito. Consequenter tamen in eodem sensu dicendum est illam gratiam non durare post annum, etiam viuente concedente, quia præcisè ad annum illam concessit, nec beneplacitum eius ad maius tempus fuit extensum, nec per solam vitæ durationem extenditur, vt per se notum est.

CAPVT XXXIII.

De amissione priuilegij per renunciationem expressam.

1. *De renunciatione.*

DEclaratis modis, quibus priuilegium ex se, & quasi ab intrinseco finitur, sequitur dicendū de ablatione illius per actionem aliquam contrariam, quæ potest esse vel ipsius proprij priuilegiarij, vel alterius. Vna ergo actio priuilegiarij sufficiens ad tollendum ab ipso priuilegium censetur esse renunciatio, de qua in præsenti capite dicendum est. Et in primis suppono, priuilegium habens permanentem durationem cum tractu successiuo in ordine ad futuras actiones, vel receptiones, aut omissionem illarum, renunciabile esse ab ipso priuilegiario, per se loquēdo. Loquor de priuilegio permanente per modum potentiæ, seu actus primi, vt excludam priuilegium, quod momentaneum habet effectum, & solū datur per modum dispensationis tollentis aliquod vinculum, vel impedimētum, illud enim postquam semel est cōcessum renunciabile non est, quia semel factum infectū esse non potest, seu quod ablatum est, redire nō potest, præcipuè per priuatam hominis voluntatem. Sic priuilegium tollēs irregularitatem renunciari non potest, quia non potest homo illam priorem irregularitatem in se iterum facere. Sic etiam qui dispensationem voti obtinuit, & semel acceptauit, non potest amplius illi renunciare, quia non potest priorem obligationem reparare, licèt possit nouum votū de nouo facere. Ita etiam qui est dispēsatus in impedimēto consanguinitatis, non

Primò supponendū.

Priuilegiū quod momentaneū habet effectum renūtiabile non est.

Exemplū in irregularitate.

Item in voto.

Item in impedimento matrimonij.

A 1 secuudam / *secundam*

12. EL PRIMER SENTIDO NO RESUELVE FÁCILMENTE EL SEGUNDO PROBLEMA.—EL PRIMER SENTIDO ES MÁS FAVORABLE, EL SEGUNDO MÁS NATURAL.—Por eso, acerca del segundo problema, resulta difícil creer que esa concesión, una vez pasado el año, perdure, dado que es sencillamente y sólo anual y la adición *a mi beneplácito* parece restringir, no ampliar.

Confirmación: En el caso de que el que hace la concesión diga *Para un año si no la revoco,* ciertamente al terminar el año se extingue la facultad aunque no sea revocada, puesto que —según el común sentir— la adición *Si no la revoco* no amplía sino limita o explica la concesión anual en el sentido de que en todo caso puede ser revocada.

Y lo mismo será en el caso de que se diga *Para un año hasta que la revoque,* pues aunque esta fórmula no sea usual, con todo, en caso de emplearse, el sentido será el mismo y la misma la intención del que habla: de no ser así, se juzgaría que hacía la concesión irrevocablemente para un año y después perpetuamente hasta que fuera revocada, lo cual no es verisímil.

Luego lo mismo parece que se ha de decir también de la fórmula compuesta *Para un año según mi beneplácito.*

Lo primero, porque más restrictiva es la cláusula *a mi beneplácito* que *hasta que yo la revoque.*

Lo segundo, porque la concesión compuesta *para un año según mi beneplácito* sería más amplia que la simple *a mi beneplácito,* lo cual no parece verisímil.

Finalmente, conforme a la primera interpretación el sentido es —como quien dice— divisivo y copulativo, a saber, *Concedo para un año y a mi beneplácito,* sentido que yo admitiría gustoso si la frase copulativa se pusiera en la concesión de la manera dicha; pero si no se la pone, no se la debe suplir, porque ya ese sentido resulta arbitrario e impropio.

En efecto, la concesión es sencilla y de una proposición categórica sobre un predicado compuesto de dos adiciones que mutuamente se determinan, a saber, *un año a beneplácito* o *beneplácito para un año,* y de esta segunda manera queda limitada la concesión anual, según se ha explicado.

Este sentido en conformidad con el sentido riguroso de las palabras, me parece a mí más natural, aunque tal vez el anterior —como más favorable— se haya de aceptar con más frecuencia.

13. UNA OBSERVACIÓN SOBRE LA PRIMERA OPINIÓN.—Pero hay que observar que esa opinión parece más probable si las palabras de la concesión son *Doy licencia por beneplácito para un año,* que es la fórmula de que habla ENRIQUE, porque en ella el beneplácito no se pone por parte del término ni como una limitación de la duración anual, sino sólo como el origen de la gracia y concesión que se hace sencillamente para un año.

En este sentido tengo por verdaderísimo que la gracia no cesa dentro del año por la muerte del que la concedió, porque se hizo sencillamente para ese año por beneplácito.

En consecuencia, hay que decir —sin embargo— en el mismo sentido, que esa gracia no perdura después del año aunque viva el que la hizo, porque la concedió precisamente para un año y su beneplácito no se amplió a un tiempo mayor ni se amplía sólo porque dure la vida, como es evidente.

CAPITULO XXXIII

PÉRDIDA DEL PRIVILEGIO POR RENUNCIA EXPRESA

1. LA RENUNCIA.—PRIMERA SUPOSICIÓN.—EL PRIVILEGIO DE EFECTO MOMENTÁNEO NO ES RENUNCIABLE.—EJEMPLOS DE LA IRREGULARIDAD, DEL VOTO, DEL IMPEDIMENTO MATRIMONIAL.—DE SUYO EL PRIVILEGIO PROPIAMENTE DICHO NO ES RENUNCIABLE.—Explicadas las maneras como el privilegio termina por sí mismo y —como quien dice— desde dentro, resta hablar de su supresión por alguna acción contraria.

Esta acción puede ser del mismo privilegiado o de otro.

La única acción del privilegiado capaz de quitarle el privilegio, se juzga que es la renuncia: de ella vamos a hablar en este capítulo.

Y en primer lugar, doy por supuesto que un privilegio de duración permanente con desarrollo sucesivo en orden a acciones, recepciones u omisiones futuras, de suyo es renunciable por parte del mismo privilegiado. Hablo de un privilegio permanente a manera de potencia o acto primero, excluyendo el privilegio que tiene efecto momentáneo y que sólo se da a manera de dispensa que quita un vínculo o impedimento: éste, una vez concedido, no es renunciable, pues una vez realizado, no puede quedar no realizado, o lo que ha sido quitado no puede volver, sobre todo por voluntad particular del hombre.

Así, el privilegio que quita una irregularidad no puede renunciarse, porque el hombre no puede rehacer en sí mismo de nuevo la primera irregularidad.

Lo mismo, quien ha obtenido y aceptado una vez la dispensa de un voto, no puede renunciar ya a ella, porque no puede rehacer la primera obligación, aunque sí pueda hacer de nuevo el voto.

Así también, quien ha sido dispensado del impedimento de consanguinidad, propiamente no puede renunciar a esa dispensa. Podrá, sí, no

non potest illi propriè renunciare. Poterit quidem ille non contrahere matri A monium, qui est veluti vsus illius dispēsationis, licet remotus, & tanquam à causa per accidens, scilicet, remouēte prohibens, non tamen potest ita renunciare, dispensationi, vt reddat se inhabilem ad tale matrimonium, quia hoc non est in voluntate eius, sed pendet ex voluntate Prælati, qui potest quidem simile impedimentum iterum imponere, reuocando dispensationem, tamen speculatiuè loquendo, censebitur idem in specie, non numero, cum eo, quod per dispensationem ablatum fuit. Non ergo tractamus de dispensatione, sed B de priuilegio propriè sumpto, & de illo dicimus, de se, ac per se loquendo, renunciabile esse ab ipso priuilegiario. Hoc enim omnia iura supponunt, vt patet ex cap. *Si de terra*, & cap. *Accedentibus*, de Priuileg. cap. *Ad Apostolicam*, de Regul. l. *Siquis in conscribendo*. C. de Pactis quibus locis Glossæ, & Doctores alia iura referunt.

Per se loquendo priuilegiū propriè sumptum renunciabile est.

Cap. *Si de terra.*

C. *Ad accedēntibus.*

C. *Ad Apostolicam*

2. *Explicatur assertio.*

Dico autem *per se loquendo*, quia hoc postulat natura priuilegij, si ad ipsum priuilegiarium proprium, & quasi adæquatum comparetur: nam respectu illius beneficium priuilegij non est coactum, nec confertur inuito, ideoq; ab eodem renunciari potest, si velit. Contingit autem priuilegium non posse rēnūciari ab aliquo, qui illo gaudet, quia vel non est proprium subiectum, cui datum est priuilegiū, & propter quod est datum, vel quia non pendet adæquatè ex voluntate eius. Priori modo non potest renunciari à particularibus personis priuilegium principaliter concessū in gratiam communitatis, vt est priuilegium cleri, tam fori, quam canonis, D vt suprà visum est, & in sequentibus dicetur. Posteriori autem modo non potest aliquis renunciare priuilegio sibi concesso, quod continet etiam ius alterius, cui per talem renunciationem præiudicaretur. Et sic Prælatus non potest renūciare libertati Ecclesiæ ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinentis, cap. *Cum tempore*, de Arbit. seclusis verò his casibus, priuilegium renunciabile est, & de hac renunciatione nunc tractamus.

Ex duplici capite priuilegium sit irrenuntiabile.

Priuilegiū clericale cur non possit ab aliqua persona particulari renuntiari.

Aliud exēplum.

Cap. *Cum tempore.*

3. *2. supponēdum.*

Secundo suppono duplicē posse distingui renunciationem priuilegij, vnā impropriam, aliā propriam. Prior cōsistit in puro non vsu actuali priuilegij, vt cum quis habens sufficientem excusationem ad non ieiunandum, nihilominus ieiunat, dici potest renuntiare priuilegio suo. Propriè autem renunciare priuilegio, non tantum est non vti illo, etiam voluntariè, sed est tollere à se ius & potestatē vtendi, sunt enim hæc duo valde diuersa, nam per solam negationem vsus non tollitur potestas, sed tantum non exercetur actus, vt siquis habeat priuilegium loquendi cum excōmunicato, & nolit loqui etiam si possit, non se priuat potestate, sed actu tantū. B Priuilegium autem, de quo tractamus, in potestate consistit, vt explicatum est & ideò ille non vsus etiam voluntarius per se, & intrinsecè non est propriè renunciatio priuilegij an vero sit signum illius, infra dicemus. Renunciatio ergo priuilegij propria est voluntaria abdicatio, & refutatio illius iuris, & potestatis, quam priuilegium concedebat, ex qua ablatione consequitur, vt non possit quis amplius vti tali priuilegio, quia nemo potest vti re, quę iam nō est. Vnde à fortiori fit, vt non possit quis amplius licitè vti tali priuilegio, quia C nemo potest licitè cum deceptione, & nullitate aliquem actum exercere, talis autem esset vsus priuilegij iā non existētis. Item si priuilegium cōcedebat vsū, qui sine priuilegio non licebat, iam ille vsus non potest magis licere, quam antea. Vnde tandem fit, vt ex tali renunciatione oriatur obligatio non vtendi amplius tali priuilegio, quia eo ipso, quod res fit illicita, oritur obligatio vitandi illam. Atq; ita qui renunciat priuilegio in fauorē alterius, eo ipso obligatur illi ad non vsum talis priuilegij, D seu (quod idem est) dat alteri ius contra vsū priuilegij, & consequēter obligatur ipse ad non vsum priuilegij, tum quia tenetur seruare ius alteri semel datū, tū etiā quia tenetur non vti iure iam per renunciationem amisso.

Renuntiatio propria & improprio.

In præsenti ergo de propria renunciatione priuilegij tractamus, quæ potestatem ipsam, & ius auferat: & ideo de altera renunciatione impropria breuiter dico, per se licitam esse, consistereq; formaliter in voluntario non vsu. Dico autem *voluntario*, quia si voluntas desit,

4. *De propria renūtiatione.*

contraer matrimonio, que es como el uso de la dispensa —aunque remoto y, como quien dice, procedente de una causa accidental, es decir, de una causa que quita un estorbo—, pero no puede renunciar a la dispensa haciéndose inhábil para tal matrimonio: esto no está en su voluntad sino que depende de la voluntad del superior, el cual sí puede imponer de nuevo el mismo impedimento revocando la dispensa; pero especulativamente, ese impedimento será el mismo que se quitó por la dispensa sólo específicamente, no numéricamente.

Por consiguiente, no tratamos de la dispensa sino del privilegio propiamente dicho, y de él decimos que por él y de suyo es renunciable por parte del mismo privilegiado: esto lo dan por supuesto todos los textos jurídicos, como se ve por los cap. *Si de terra, Accedentibus, Ad Apostolicam,* y por la ley *Si quis in conscribendo* del CÓDIGO, en cuyos comentarios las GLOSAS y los doctores aducen otros textos.

2. EXPLICACIÓN DE LA TESIS.—EL PRIVILEGIO ES IRRENUNCIABLE POR DOS CAPÍTULOS.—¿POR QUÉ LOS PRIVILEGIOS CLERICALES NO SON RENUNCIABLES POR PARTE DE LAS PERSONAS PARTICULARES?—OTRO EJEMPLO. — Digo *de suyo,* porque esto es lo que exige la naturaleza del privilegio en relación con el privilegiado mismo propiamente dicho y —como quien dice— total: respecto de éste el beneficio del privilegio no es un beneficio forzado ni se le da contra su voluntad, y por tanto, si quiere, puede renunciar a él. Pero si el que goza del privilegio no es el sujeto propiamente dicho a quien se dio y por quien se dio el privilegio, o éste no depende totalmente de su voluntad, el tal no puede renunciar al privilegio.

Por la primera razón, las personas particulares no pueden renunciar al privilegio si éste se concedió principalmente en gracia de la comunidad: tales son los privilegios del clero, tanto el del fuero como el del canon, según se vio antes y se dirá después.

Por la segunda razón, no puede uno renunciar a un privilegio que se le haya concedido si éste contiene además un derecho de otro a quien se perjudicaría con tal renuncia: así —según el cap. *Cum tempore*— un prelado no puede renunciar a la libertad de una iglesia que pertenezca al derecho de la Iglesia Romana.

Pero exceptuados estos casos, el privilegio es renunciable, y de esta renuncia es de la que ahora tratamos.

3. SEGUNDA SUPOSICIÓN.—RENUNCIA PROPIA E IMPROPIA.—Doy por supuesto —en segundo lugar— que puede distinguirse una doble renuncia del privilegio: una impropia y otra propia.

La primera consiste en un puro no uso actual del privilegio: así, cuando uno, teniendo una excusa suficiente para no ayunar, sin embargo ayuna, puede decirse que renuncia a su privilegio.

En cambio, renunciar propiamente al privilegio es no sólo no hacer uso de él aun voluntariamente, sino desprenderse del derecho y poder de hacer uso de él.

Estas dos cosas son muy distintas.

Por sola la negación del uso no se quita el poder: únicamente no se ejercita el acto: por ejemplo, si uno tiene el privilegio de hablar con un excomulgado y no quiere hablar aunque pueda, no se priva del poder sino sólo del acto. Ahora bien, el privilegio de que tratamos consiste —según se ha explicado— en un poder, y por tanto el no uso —incluso voluntario— de suyo e intrínsecamente no es propiamente una renuncia del privilegio; después diremos si es señal de ella.

Así pues, la renuncia propiamente dicha del privilegio es la abdicación y desposeimiento voluntario del derecho y poder que concedía el privilegio, desposeimiento que tiene como consecuencia el que uno no pueda usar más de tal privilegio, porque nadie puede usar de una cosa que ya no existe.

Y con más razón uno —en consecuencia— no puede usar ya lícitamente de tal privilegio, porque nadie puede lícitamente ejercitar un acto nulo y engañoso, y tal sería el uso de un privilegio ya no existente.

Asimismo, si el privilegio concedía un uso que sin el privilegio no era lícito, ya ahora ese uso no puede ser más lícito que antes.

Y de ahí se sigue —finalmente— que de tal renuncia nace la obligación de no usar más de tal privilegio, pues por el hecho mismo de hacerse ilícita la cosa, surge la obligación de evitarla; y así, quien renuncia a su privilegio en favor de otro, por ese mismo hecho le queda obligado a no hacer uso del privilegio, o —lo que es lo mismo— le da al otro un derecho en contra del uso del privilegio, y consiguientemente queda obligado él a no hacer uso del privilegio: lo primero, porque está obligado a respetarle al otro su derecho una vez que se lo ha dado; y lo segundo, porque está obligado a no hacer uso de un derecho ya perdido por la renuncia.

4. LA RENUNCIA PROPIAMENTE DICHA.—OBJECIÓN.—RESPUESTA.—Pues bien, ahora tratamos de la renuncia propiamente dicha del privilegio, una renuncia que quite el poder mismo y el derecho, y por eso, de la otra renuncia impropiamente dicha digo brevemente que de suyo es lícita y que consiste formalmente en el no uso voluntario.

Digo *voluntario* porque si no hay voluntad,

desit, non erit renunciatio, etiam ipsius vsus, sed erit necessitas quædam, vel coactio, aut impotentia, vt paulo inferius magis explicabo. Hæc autem renunciatio per se licita, & libera esse dicitur, quia priuilegium quoad ipsum priuilegiarium est quasi lex permittens seu dans facultatem, non vero obligãs ad vsum illius, & ita liberum vnicuique est illo non vti, argumento cap. *Cum nobis*, de Elect. præter alia sæpe allegata. Quod intelligendum est, vt dixi, per se, id est, nisi aliunde à superiore, vel à lege positiua, vel naturali cogatur quis ad vsum priuilegij, vt in multis casibus specialibus in iure prohibetur, quos magna ex parte notat Glossa in l. *Si quis in conscribendo*, C. de Pactis, & ibi alij Doctores. Maximè verò hoc contingit, quando priuilegium est iuris publici, & non tantum priuati iuxta dicta suprà cap. 6. extra hos verò casus regulariter licitum est vnicuique non vti suo priuilegio, quod est quasi renunciare actuali vsui eius. Dices, ergo qui habet priuilegium audiẽdi missam tempore interdicti, potest libere renunciare vsui eius in die festo, & licitè non audire missam. Respondeo, quantum est ex vi priuilegij libere quidem posset illam non audire, tamen quia in die festo aliud præceptum obligat, non potest tunc licitè missam omittere. Est enim considerandum, priuilegium illud non tam dare facultatem, quam tollere prohibitionem & impedimẽtum, & ideo licèt quis possit merè negatiuè non vti priuilegio quoad effectum, qui ex illo sequitur tãquam à remouente prohibens, non tamen potest ita illi renunciare, vt se reddat impeditum, & quasi interdictum ad missam audiendam, quia tale priuilegium quoad hoc renunciabile non est, vt supra declaraui, & ideò non potest vitare, quin obligari possit præcepto audiendi missam.

C. *Cum nobis.*

Gloss.

Obiect.

Respondeo

5. *Renuntiatio tacita & expressa.*

Tertio distinguere oportet renũciationẽ proprij priuilegij in tacitã, & expressã, quæ distinctio non habet locũ in non vtu mero, quia quoties aliquis sciens, & potens vti priuilegio, illo non vtitur, satis apertè ostendit voluntatẽ non vtendi. De priuilegio autem proprio est communis illa distinctio, & sumitur ex iure, vt ex dicendis patebit, & ideò ante omnia explicare oportet, quid sufficiat, & necessarium sit ad expressam renunciationem: nam per analogiam ad illã, seu per imitationẽ, vel participationẽ illius explicanda est tacita. Primo igitur ad expressam renunciationem proprij priuilegij necessaria est voluntas abdicandi à se totum ius, & facultatem priuilegij. Probatur, quia renunciatio priuilegij voluntate fit tanquam principali causa; ergo vt renunciatio sit expressa, esse debet voluntas expressa. Declaratur quia ex parte obiecti nõ est satis voluntas, seu propositum nunquam vtendi, quia talis voluntas, non inducit obligationem, nec tollit potestatem faciendi oppositum, & mutandi propositum; ergo ex vi illius non abdicabitur proprium priuilegium, quod in facultate, & iure consistit, vt explicaui; ergo est necessaria voluntas abdicandi à se ipsum ius, & facultatem priuilegij. Imo vt sit propria renunciatio, oportet, vt voluntas sit de toto priuilegij iure à se abdicando, nã siquis tantum intendat, vel paciscatur, renunciando iuri priuilegij pro vna vice, vel pro vno munere, &c. non ideò priuatur toto priuilegio, argumento l. *Voluntariæ*, cum Glossa ibi C. de Excus. tutor. & ita illa non est absoluta renunciatio priuilegij, dici tamen poterit renunciatio partialis, seu secũdum quid. Ad illamque cum proportione applicari poterunt, quæ de renunciatione dicuntur.

Ad renuntiationẽ propriam requiritur voluntas abdicandi à se totũ ius priuilegij.

Gloss.

Sed obijci potest contra assertionẽ; quia ex illa sequeretur, generalem voluntatem renunciandi iuribus, aut priuilegijs non sufficere ad expressam renunciationem specialium priuilegiorum; consequens est apertè falsum, vt ex se, & ex vsu constat; ergo. Sequela patet, quia ibi non interuenit formalis voluntas renunciandi specifica priuilegia. Adde non tantam formalem voluntatem, sed etiam virtualem sufficere, vt siquis velit aliquid repugnans priuilegio, eo ipso virtualiter vult abijcere priuilegium. Ad obiectionem respondeo, negando sequelam, & probationẽ eius, licèt possit esse æquiuocatio in terminis: aliud enim est voluntas formalis, aliud specifica. Nam voluntas vniuersalis, & generica etiam est formalis, non

Obiect.

Respon.

no habrá renuncia ni siquiera del mismo uso, sino que será una necesidad o coacción o impotencia, según explicaré más un poco más abajo.

Y de esa renuncia se dice que es de suyo lícita y libre, puesto que el privilegio, respecto del mismo privilegiado, es como una ley que le permite o da una facultad pero que no le obliga a su uso, y así —según el cap. *Cum nobis* de las DECRETALES y otros tantas veces aducidos— cada uno es libre para no hacer uso de ella.

Esto hay que entenderlo —según he dicho— de suyo, es decir, a no ser que por otro capítulo el superior, la ley positiva o la natural le fuercen a uno a hacer uso del privilegio, como sucede en las prohibiciones que hace el derecho en muchos casos particulares que en gran parte hacen notar la ley *Si quis in conscribendo* del CÓDIGO y otros doctores en sus comentarios. Esto sucede ante todo cuando el privilegio es de derecho público y no sólo de derecho privado, conforme a lo que se dijo antes en el capítulo VI; pero fuera de estos casos, normalmente cada uno es libre para no hacer uso de su privilegio, que es como renunciar a su uso actual.

Se dirá: Luego quien tiene privilegio para oír misa en tiempo de entredicho, puede libremente renunciar a su uso en días festivos y no oír misa lícitamente.

Respondo: Por lo que toca al privilegio, cierto que podría libremente no oírla; sin embargo, como en los días festivos obliga otro precepto, entonces no puede lícitamente dejar la misa.

En efecto, hay que tener en cuenta que ese privilegio, más que dar una facultad, quita una prohibición o impedimento, y que por tanto, aunque uno pueda —sólo negativamente— no usar del privilegio en cuanto al efecto que se sigue de él como de quien quita un estorbo, pero no puede renunciar a él de tal manera que le deje impedido y como en entredicho para oír misa, porque tal privilegio en cuanto a esto no es renunciable —según he explicado antes— y por tanto no puede evitar que al que lo tiene pueda obligarle el precepto de oír misa.

5. RENUNCIA TÁCITA Y EXPRESA.—PARA LA RENUNCIA PROPIAMENTE DICHA SE REQUIERE VOLUNTAD DE DESPOSEERSE DE TODO EL DERECHO DEL PRIVILEGIO.—En tercer lugar, la renuncia del privilegio mismo hay que dividirla en tácita y expresa.

Esta división no cabe en el mero uso, porque cuando uno, sabiendo lo que hace y pudiendo usar del privilegio, no usa de él, bastante claramente demuestra que no quiere usar de él.

Pero tratándose del privilegio mismo, esa división es común y se encuentra en el derecho, como aparecerá por lo que después diremos, y así, ante todo es preciso explicar qué basta y qué es necesario para la renuncia expresa: por analogía o comparación con ella, o por participación de ella explicaremos la tácita.

En primer lugar, para la renuncia expresa del privilegio mismo, es necesaria la voluntad de desposeerse de todo el derecho y facultad del privilegio.

Prueba: La renuncia del privilegio se hace con la voluntad como causa principal; luego para que la renuncia sea expresa, debe haber voluntad expresa.

Explicación: Por parte del objeto no basta la voluntad o propósito de no hacer uso de él nunca, pues tal voluntad no crea obligación ni quita el poder de hacer lo contrario y de cambiar de propósito; luego en virtud de ella uno no se desposeerá del privilegio mismo, el cual —según he explicado— consiste en la facultad y en el derecho; luego es necesaria la voluntad de desposeerse del derecho y facultad misma del privilegio.

Mán aún, para que sea verdadera renuncia, es preciso que la voluntad sea de desposeerse de todo el derecho del privilegio, pues si lo que uno pretende o promete es únicamente renunciar al derecho del privilegio por una sola vez o para un solo ejercicio de él, etc., no por eso se desposee de todo el privilegio —según la ley *Voluntarie* del CÓDIGO con su GLOSA—, y así esa no es una renuncia absoluta del privilegio, aunque podrá llamarse renuncia parcial o relativa y a ella podrá aplicarse en su tanto lo que decimos de la renuncia.

6. OBJECIÓN.—RESPUESTA.—En contra de esta tesis puede objetarse que de ella se seguiría que la voluntad general de renunciar a los derechos o privilegios no bastaba para la renuncia expresa de las distintas especies de privilegios: esta consecuencia es manifiestamente falsa, como consta por ella misma y por la práctica; y la deducción lógica es también clara, porque en ese caso no hay voluntad formal de renunciar a los privilegios específicos. Añádase que no sólo la voluntad formal sino también la virtual es suficiente; por ejemplo, si uno quiere algo contrario al privilegio, por ello mismo virtualmente quiere desposeerse del privilegio.

A esta objeción respondo negando la deducción lógica y su prueba —por más que pueda haber ambigüedad en los términos—, porque una cosa es voluntad formal y otra voluntad específica: también la voluntad universal y genérica es formal no sólo respecto del género mismo sino también de las especies que entran

non solum de ipso genere, sed etiam de speciebus, quæ sub illo conceptu confuso comprehenduntur, nam licet ex parte intellectus confuse cognoscãtur, tamen quia affectus tendit ad res in se, ideò voluntas illa formalis est de omnibus speciebus ibi contentis. Imo & expressa dici potest ex parte voluntatis, & affectus, licet ex parte cognitionis non sit distincta, & clara, & hoc significatur cum dicitur voluntas specifica, scilicet quæ terminetur ad rem distinctè, & in specie positam. Igitur, quod ad rẽ spectat, renunciatio expressa non requirit specificam voluntatem, vt obiectio probat, & vsus tam iuris quam facti confirmat. Et ratio est, quia voluntas generalis de se vsque ad speciem descendit, & ideò ad talem renunciationem sufficit, & requiritur formalis voluntas abdicãdi à se tale ius, siuè illud in specie proponatur voluntati, siuè sub genere, in quod voluntas indistinctè, & generaliter fertur.

7. *Regula iuris seruanda.*

In hoc verò applicanda est, & seruanda regula iuris, vt sub generali concessione non veniant, quæ non esset quis in specie concessurus; eadem enim ratio procedit in renunciatione generali priuilegij. Et in vniuersum locum hic habet vulgaris regula, quod clausula generalis comprehendit species, quantũ potest, salua ratione iuris, & recti sermonis argumento l. *Si ex pluribus*, ff. de Solut. cum similibus. Sicut enim confẽsus non extẽditur ad non cogitata, nec verisimiliter comprehensa sub cogitatis, ita nec renunciatio, quia consensũ requirit. Et ideo sub formali voluntate comprehendimus illas cõditiones, quæ ad voluntarium consensum, & ad contrahendum, seu se obligandum sufficientes, ac necessariæ sunt. Vt quod non sit voluntas coacta, vel per dolum, deceptionem, aut similem iniuriam extorta. nam si hæc deficiant, non censebitur esse voluntas sufficiens. Quia eadem est ratio de hanc renunciatione, quæ de alijs contractibus, vel obligationibus, vt latè per Socin. cons. 263. volum. 2. & plura congerit Tusch. lit. R. concl. 167. 168. 169.

Socin. Tusch.

8. *Ad confir. respon.*

Ad confirmationem respondeo, siquis velit aliquid repugnans vsui priuilegij, non perpetuo, sed in aliqua occasione, vel pro aliquo tempore, talis voluntas de se non sufficit ad renunciationem priuilegij, quia nec virtualis voluntas censeri potest. At verò siquis velit aliquid repugnans ipsi priuilegio in se, quia tollit fundamentũ eius, vel perpetuo inhabilitat ad vsum eius, tunc illa voluntas censetur sufficiens ad expressam renunciationem priuilegij, & dici potest voluntas formalis ex parte volentis, licèt ex parte obiecti virtualis sit, cum hac enim amplitudine intelligendum hoc est, quanuis in hoc modo semper amittatur priuilegium ex alijs principijs, & causis, præter renunciationem.

9. *Renuntiatio interior quam vim habet.*

Sed quæri potest circa hanc partem, an sola voluntas interior nullo exteriori signo indicata sufficiat ad hanc priuilegij renunciationem. Quæ interrogatio solum fieri potest in ordine ad forum conscientiæ, nam in exteriori foro constat, actum merè internum nihil operari, vt supra tractando de materia legis diximus, & idem est in contractibus & similibus. Et hinc fit, vt quoties renũciatio talis est, vt in gratiã alterius, fiat, ita vt vel ius illi remittat, vel conferat, aut obligationem, necessaria sit exterior manifestatio volũtatis. Ratio est, quia sola voluntas interna, vel promissio exterius non indicata non inducit obligationem ad hominẽ, nam hoc est proprium promissionis, quæ Deo fit, vt in materia de Iustitia latè tractat, & videri possunt Sanci. lib. 1. de Sponsal. disp. 3. & 6. Cordu. in sum. quæst. 133. Et in particulari fauent authores, qui dicunt, renunciationem priuilegij non esse irreuocabilem, nisi sit ab alio acceptata, quia æquiualet donationi, vel obligationi, vt sumitur ex Glossa in cap. *Cum venissent*, de eo qui mitti in possessionem verb. *Obtulit*, & ibi notat Bal. numero octauo, latius Iason alios adducens in l. *Postquam liti*, C. de Pactis. numero primo. Hæc enim doctrina, & eius ratio maximè procedit de renunciatione priuilegij, per quam alteri ius confertur, vel ex qua nascitur obligatio respectu alterius, cuius acceptatio postulatur, propter quam aliqua exterior manifestatio necessaria est.

Sanci. Cordub.

Gloss. Bald. Iason.

Igitur tantum superest quæstio, quãdo renunciatio fit solum quoad abdicatio-

D 1 mitti / *mittitur*

en el concepto confuso, pues aunque el entendimiento las conozca de una manera confusa, sin embargo, como la intención tiende a las cosas en sí mismas, esa voluntad es formal respecto de todas las especies que entran allí. Más aún, puede llamarse también expresa por parte de la voluntad y de la intención, aunque por parte del conocimiento no sea distinta y clara, que es lo que se significa cuando se dice voluntad específica, a saber, que tenga por término una cosa que se le propone distintamente y en especie.

Por consiguiente, en realidad la renuncia expresa no requiere voluntad específica, según prueba la objeción y según confirma el uso tanto de los textos jurídicos como de los hechos.

Y la razón es que la voluntad general, de suyo llega hasta la especie, y por tanto para tal renuncia basta y se requiere la voluntad formal de desposeerse de tal derecho, sea que ese derecho se le proponga a la voluntad en especie sea que se le proponga bajo el género al cual la voluntad se dirige de una manera indistinta y general.

7. Una regla del derecho que se ha de observar.—En esta materia se debe aplicar y observar la regla del derecho de que en una concesión general no se haga entrar lo que uno no concedería en particular, pues la razón vale lo mismo para la renuncia general del privilegio. Y en general es aquí aplicable la regla vulgar de que una cláusula general comprende las especies en cuanto puede quedando a salvo los principios del derecho y del buen decir, según el Digesto.

En efecto, así como el consentimiento no alcanza a lo que no se ha pensado ni a lo que no es verisímil que entre en lo que se ha pensado, tampoco alcanza a ello la renuncia, dado que ésta requiere consentimiento.

Por eso en la voluntad formal incluimos aquellas condiciones que son suficientes y necesarias para el consentimiento voluntario y para hacer un contrato u obligarse, por ejemplo, que no sea una voluntad forzada o arrancada por dolo, engaño u otra injusticia parecida: si hay algo de esto, no se juzgará que haya voluntad suficiente, pues la razón es la misma para la renuncia que para los otros contratos u obligaciones, como ampliamente enseñan Socino y Tusco.

8. Respuesta a la confirmación.—A lo de la confirmación respondo que si uno quiere algo contrario al uso del privilegio no habitualmente sino en alguna ocasión o para algún tiempo, tal voluntad no basta de suyo para la renuncia del privilegio, ya que no puede tenérsela ni siquiera por voluntad virtual.

En cambio, si uno quiere algo que sea contrario al privilegio en sí mismo por suprimir su base o por inhabilitar para siempre para su uso, entonces a esa voluntad se la tiene por suficiente para la renuncia expresa del privilegio y se la puede llamar voluntad formal por parte del que lo quiere aunque por parte del objeto sea virtual: con esta amplitud se ha de entender esto; por más que, en esta manera de perder el privilegio, siempre se lo pierde por otros principios y causas aparte de la renuncia.

9. Fuerza de la renuncia interior.—Acerca de esta parte puede preguntarse si sola una voluntad interior que no se haya manifestado por señal alguna exterior, basta para la renuncia del privilegio.

Esta pregunta sólo puede hacerse con relación al fuero de la conciencia, pues en el fuero externo es claro que un acto meramente interno no tiene ningún efecto, según dijimos antes al tratar de la materia de la ley, y lo mismo sucede con los contratos y cosas parecidas.

De esto se sigue que cuando la renuncia se hace en favor de otro, sea para librarle de una ley u obligación sea para darle un derecho, es necesaria la manifestación externa de la voluntad.

La razón es que sola la voluntad interna o la promesa no manifestada externamente, no crea obligación para con los hombres: esto sólo es propio de la promesa que se hace a Dios, según se estudia extensamente en el tratado de la Justicia, y según puede verse en Sánchez y Córdoba.

A esto favorecen en particular los autores que dicen que la renuncia del privilegio no es irrevocable si el otro no la acepta, y eso porque equivale a una donación u obligación, como se dice en la Glosa del cap. *Cum venissent* y observa en su comentario Baldo, y más ampliamente Jasón —que cita a otros— en la ley *Postquam* del Código. En efecto, esta doctrina y su razón valen ante todo tratándose de la renuncia del privilegio por la que se da un derecho a otro o de la que nace una obligación respecto de otro cuya aceptación es indispenble y para la cual es necesaria alguna manifestación exterior.

10. Sólo queda el problema de si —cuando la renuncia se hace únicamente para desposeerse del privilegio el mismo renunciante—, sola

cationem priuilegij ab ipso renunciante, an sola voluntas sufficiat, vt redeat obligatio, quæ per priuilegium fuerat sublata. Exemplis declaratur, vt si habens priuilegium eligendi confessorem, velit se illo priuare, ita vt non solum velit illo non vti, sed etiam non habere in se talem potestatem. Idem de habente priuilegium comedendi lacticinia, vel exigendi decimas, aut tributa, & similibus, De qua re nihil inuenio dictum à Doctoribus in propria specie, cum tamen res dubitabilis sit, & videatur esse fundamentum aliarum, de quibus consequenter erit sermo.

11. *Prima sententia.* 1.*arg.*

Quod ergo hoc sufficiat ad amissionem priuilegij, videtur suaderi posse, primò, quia ad hunc effectum non est necessaria acceptatio alterius, neque etiam vt illa voluntas nota fiat alijs; ergo nulla necessitas est manifestationis exterioris illius voluntatis; ergo sola voluntas interna sufficit. Antecedens probatur, quia illa acceptatio vel est necessaria in aliquo tertio, vel in ipso superiore, qui priuilegium dedit, nullus enim alius cogitari potest, in quo necessaria sit, neutrum autem dici potest. Primum membrum probatur, quia renunciatio non dat ius alteri, vt supponimus, sed tantum aufert ab habente; ergo impertinens est acceptatio alterius, hæc enim solum requiri solet propter effectum moralem in alio resultantem. Et hæc ratio probat etiam alterum membrum de concedente. Præterquam quod ille à principio dedit priuilegium dependenter à voluntate priuilegiarij, & ita tunc virtute concessit, vt posset priuilegiarius dimittere priuilegium, si vellet; ergo non est cur ex parte illius noua acceptatio requiratur. Et hæ rationes probant, etiam non esse necessariam notitiam, quia hæc propter acceptationem solet maxime requiri. Prima verò consequentia nota est, quia exterior manifestatio voluntatis internæ solum ad hos effectus potest esse necessaria, vt in huiusmodi quæstionibus omnes fatentur, & videtur per se clarum. Vnde sicut in promissione ad Deum non requiritur externa prolatio, quia Deus intuetur cor, ita in renunciatione quam homo facit solum in animo ad se, non est necessaria externa prolatio, quia propria voluntas interna sibi satis nota est. Et ita etiam patet secunda consequentia, quia propria voluntas efficax est de se sufficiens ad relinquendum proprium ius, & fauorem, vt iura suprà allata probant.

12. 2.*argum.*

Digo, pues —en primer lugar— que por el uso contrario al privilegio se pierde el privilegio —o mejor, el fruto del privilegio— en cuanto al acto o causa de que actualmente se trata, por renuncia tácita y sin título de prescripción contraria.

Esta tesis la admiten comúnmente los autores aducidos y los que enseguida se aducirán, y se encuentra en los cap. *Ex ore* y *Gratum* con su GLOSA: ésta aduce distintos textos jurídicos que prueban esto y no más. Lo mismo se ve por el DIGESTO y por el CÓDIGO; y está muy bien en la ley 43 del título 18 de la 3.ª PARTIDA, en donde si uno que tiene un privilegio sobre una cosa, queda convicto en juicio sobre esa cosa y no aduce el privilegio y en consecuencia es condenado, pierde el privilegio relativo a la cosa sobre que es condenado, de suerte que ya no puede aducir su privilegio sobre esa misma cosa.

eandem rem allegare priuilegium. Vbi obiter noto, quòd licèt nõ allegare priuilegiũ videatur potius non vsus, quam contrarius vsus priuilegij, nihilominus cautam talẽ agere in iudicio, & velle iudicari sine fũdamẽto priuilegij, est vsus positiuus cõtrarius priuilegio, qui satis est, vt actus repugnans priuilegio validus sit contra priuilegiariũ nõ obstãte priuilegio. Quod certè nõ potest fundari in præscriptione, quia ibi nulla interuenit, vt constat; ergo prouenit ex tacita renũtiatione, quæ perpetua manet in illa materia, circa quã versatur. Ratio est, quia hæc renunciatio tacita fit per positiuã actionẽ, per quã ius acquiritur alteri, à quo acceptatur, & ideò quoad illũ effectum rata, & firma manet. Et in hoc differt multũ inter non vsum priuilegij, & vsum contrariũ, vt magis in sequentibus punctis declarabitur.

10. 2. Cõclusio

Dico secundo. Per vsũ priuilegio cõtrarium nunquã amittitur priuilegium quoad vsum futuri temporis, seu quoad totam facultatẽ, & substantiam priuilegij per solã tacitam renunciationẽ, sed necesse est, vt legitima præscriptio contra priuilegiatũ intercedat. Hanc assertionẽ docet satis clarè Greg. Lopez in l. 42. tit. 18. part. 3. gloss. 1. quatenus ait, eũ, qui ex priuilegio immunis est à solutione tributorũ, licèt sæpius illa soluat, si non continuauit per legitimũ tempus necessariũ ad præscriptionẽ, licèt præiudicet sibi in solutis, nõ tamẽ in soluẽdis. Ex quibus duabus partibus prior pertinet ad præcedentẽ assertionẽ, & illã cõfirmat; posterior verò aperte continet hanc secundã. Pro qua citat Cynũ, & Salicet. in l. *Volũtariæ*, C. de Excusat. tutor. & Barth. cum Gloss. in l. 2. C. de His, qui spon. mun. sub. l. 10. & in l. 2. ff. de Priuil. veter. ex quo textu aperte colligitur hæc assertio. Dicit enim priuilegiũ immunitatis à muneribus ciuitatis non labefactari, etiam si aliquis *voluntate sua honorem, aut munus susceperit*. Vbi Glossa dicit non labefactari, quominus ipsi, & eorũ liberi perseuerent immunes in alijs. Quia nimirum non intelligitur amissum priuilegiũ in se, & in substantia sua, sed solũ quoad illũ effectum, qui voluntariè admissus est. Idem indicatur satis in dicta l. 43. Partitar. ibi *Pierdese el priuilegio quãto à aquello señaladamente, en que fue dado el*

Greg. Lop.

Cynus. Salicet. Bart. Glossa.

A *Iuicio*, id est, non allegando priuilegium in iudicio, qui in eo condemnatur, perdit priuilegium, quoad id, in quo condennatur, & nõ amplius, hanc enim vim habet illa particula *señaladamente*, vt ibi etiam expendit Gregor. Lop. referens Alexan. cons. 33. volum. 5. Denique ad hoc etiam confirmandum faciunt cap. *Si de terra*, & cap. *Accedentibus*, suprà allegata, quatenus præscriptionem requirunt. Ratio verò est, quia per solam cõtrauentionem non censetur quis renunciare priuilegio, nisi in eo, in quo venit contra priuilegium, sed per aliquem vsum contrarium non contra totum B priuilegium in se, & tota facultate sua etiam pro futuris temporibus, sed tantum hic, & nunc, & in tali materia; ergo non debet amplius extendi renuntiatio, nec est vnde maior præsumatur, imò etiam nullum est ius, in quo talis præsumptio fundari possit. Nam lex vltim. ff. de Priuileg. veter. & cap. *Cum accessissent*, de Constitution. quæ in contrarium induci possunt, re vera non sunt contraria, vt in sequenti puncto commodius dicetur, vbi hæc etiã resolutio magis explicabitur, & confirmabitur.

Greg. Lop. 11. C. Cum ac cedentibus. C. Cum ac cessissent.

Tertio igitur interrogari potest, quãtum tempus necessarium sit, & sufficiat, C vt priuilegium per contrarium vsum amittatur, & consequenter quot actus huius contrarij vsus sufficiant, vel necessarij sint, vt priuilegium amittatur. Vbi primum occurrit tractanda vulgaris quæstio, an priuilegium per vnum actum contrarium amittatur. In qua Panormit. in dicto cap. *Cum accessissent*, distinguit de priuilegio dato priuatæ personæ, vel communitati. Et de priori dicit, amitti per vnum actum cõtrarium. Et rationẽ reddit, quia in priuato quælibet directa contrauentio inducit D renũciationem validam, quia complectitur contrariũm, & sumit argumentum à simili ex cap. *Cum renuntiatur*, 32. q. 1. & ita etiam intelligit dictum cap. *Cum accessissent*, dicens, hunc esse casum eius. Citat etiam Barth. in l. 1. C. de His, qui spon. mun. pub. sub. libr. 10. vbi sentit, priuilegiatum, ne soluat tributa, si semel soluat, præiudicare sibi in futurum nisi fuerit protestatus. At verò de posteriori priuilegio concesso commutati, seu Ecclesiæ ait, non amitti per vnam contra-

11. De tempore vt priuilegiũ amittatur p cõtrariũ vsũ.

Panom. sẽtentia, & distinctio.

C. Cum renuntiatur. C. Cum ac cessissent. Barth.

A 4 condennatur / *condemnatur*

Sobre esto quiero observar —de paso— que por más que el no aducir el privilegio parezca un no uso más bien que un uso contrario al privilegio, sin embargo, el tratar tal causa en juicio y no querer ser juzgado sobre la base del privilegio es un uso positivo contrario al privilegio, el cual basta para que un acto contrario al privilegio sea válido en contra del privilegiado a pesar del privilegio. Esto ciertamente no puede tener por base la prescripción, pues —como es claro— en ello no hay de por medio prescripción alguna; luego su origen está en una renuncia tácita, la cual perdura siempre con relación a la materia sobre que versa.

La razón es que la renuncia tácita se hace mediante una acción positiva por la cual otro que la acepta adquiere un derecho, y por tanto queda ratificada y firme en cuanto a ese efecto. En esto hay una gran diferencia entre el no uso del privilegio y el uso contrario, según se explicará más en los puntos siguientes.

10. SEGUNDA TESIS.—Digo —en segundo lugar— que por el uso contrario al privilegio nunca se pierde éste —sólo por renuncia tácita— en cuanto a su uso para el futuro, o sea, en cuanto a toda la facultad y sustancia del privilegio, sino que para esto es necesario que medie una prescripción legal en contra del privilegiado.

Esta tesis la enseña con bastante claridad GREGORIO LÓPEZ en cuanto que dice que uno que por privilegio esté libre del pago de tributos, aunque los pague muchas veces, si no continúa pagándolos durante el tiempo necesario por las leyes para la prescripción, por más que quede perjudicado en lo ya pagado, no será así en lo que queda por pagar.

De estas dos partes, la primera pertenece a la tesis anterior y la confirma; la segunda contiene manifiestamente esta otra. Y cita en favor de ella a CINO DE PISTOYA, a BARTOLOMÉ DE SALICETO y a BÁRTOLO con la GLOSA en el CÓDIGO y en el DIGESTO.

De este último se deduce manifiestamente esta tesis. Dice que el privilegio de inmunidad de cargos del estado no se pierde aunque uno *haya tomado el honor o cargo por su propia voluntad*. La GLOSA lo comenta diciendo que eso no impide que ellos mismos y sus hijos sigan inmunes de otras cosas: es decir, no se entiende que el privilegio haya quedado perdido en sí mismo y en su sustancia sino únicamente en cuanto al efecto que se admitió voluntariamente.

Lo mismo se indica suficientemente en la citada ley 43 de las PARTIDAS: *Piérdese el privilegio cuanto a aquello señaladamente en que fue dado el juicio.* Es decir, no alegando el privilegio en el juicio, el que es condenado pierde el privilegio en aquello en que es condenado y no más, pues este es el sentido de la palabra *señaladamente,* como analiza también allí GREGORIO LÓPEZ, que cita a ALEJANDRO III.

Por último, en confirmación de esto sirven también los cap. *Si de terra* y *Accedentibus* —que se han citado antes— en cuanto que requieren la prescripción.

Y la razón es que, porque uno obre en contra del privilegio, únicamente se juzga que renuncia a él en aquello en que obra —sí— en contra de él pero por un uso contrario no a todo el privilegio en sí mismo y en toda su facultad incluso para el futuro, sino sólo en tal caso y materia particular; luego la renuncia no debe entenderse con mayor amplitud, ni hay base para presumirla mayor. Más aún, no existe ley alguna en que tal presunción pueda basarse, pues la ley del DIGESTO y el cap. *Cum accessissent* que pueden aducirse en contra, en realidad no están en contra, como más oportunamente se dirá en el punto siguiente. Allí se explicará y confirmará también más esta tesis.

11. TIEMPO PARA LA PÉRDIDA DEL PRIVILEGIO POR USO CONTRARIO.—OPINIÓN Y DISTINCIÓN DE NICOLÁS DE TUDESCHIS.—En tercer lugar, puede preguntarse cuánto tiempo se necesita y basta para que un privilegio se pierda por uso contrario, y consiguientemente cuántos actos de uso contrario son suficientes o necesarios para que se pierda el privilegio.

Sobre esto, lo primero que ocurre es discutir el problema vulgar de si el privilegio se pierde por un solo acto contrario.

Acerca de él, NICOLÁS DE TUDESCHIS distingue entre el privilegio dado a una persona particular y el dado a una comunidad.

Del primero dice que se pierde por un solo acto contrario; y da como razón que, tratándose de una persona particular, el obrar directamente en contra del privilegio significa una renuncia tácita, porque comprende lo contrario.

Toma un argumento —por comparación— del cap. *Cum renuntiatur,* y dice que así se debe entender también el dicho cap. *Cum accessissent,* porque ese es su caso. Cita también a BÁRTOLO, cuyo pensamiento es que uno que tenga el privilegio de no pagar tributos, si los paga una vez y no protesta, se perjudica para el futuro.

En cambio, del otro privilegio que se concede a una comunidad o iglesia, dice que no se pierde por un solo acto contrario a él, sino que

Cap. Si de terra. C. Accedẽtibus.

contrauentionem, sed requiri præscriptionem iuxta dictum cap. *Si de terra*, & cap. *Accedentibus*, & ratio est, quia singulares personæ non possunt renunciare priuilegio Ecclesiæ, vel communitatis expressè, ergo nec tacitè, & ideò non sufficit contrarius vsus vnius, vel alterius de communitate, sed præscriptio necessaria est. Quam distinctionẽ sumpsit Panormit. ex Innoc. in cap. *Accedentibus*, de Priuilegijs, licèt paulo aliter ab Innoc. explicetur, & sequitur Felin. suprà n. 28. & 29. regul. 3. limit. 3.

Panorm. Innoc. Felin.

12. Refellitur distinctio Panormit.

Hæc vero distinctio, & ratio differentiæ mihi probari non potest. Quia si sit sermo de amissione priuilegij in se, & quoad vsum futuri temporis censeo priuilegium etiam priuatæ personæ concessum per vnum actum, seu vsum contrarium non amitti: & ita quoad hanc partem non habet locum differentia. Assumptum probatum est in præcedenti puncto, dicto 2. & probatur ad hominem contra Panormit. quia ipse fatetur, (& merito.) quod si quis habeat priuilegium generale, ne subeat aliqua munera publica, & sponte eligatur ad vnum, non præiudicat sibi in alijs, neq; etiam in illo, si iterum eligatur ad illud, iuxta l. *Voluntariæ*. C. de excusat. tut. quæ rectè potest sic intelligi, licèt alios sensus patiatur. Verba legis sunt, *Voluntariæ tutelæ munera priuilegijs nihil derogant*, scilicet quoad alia munera suscipienda præter volũtariè suscepta, vt ibi Glossa exponit allegans alia iura. Et idem sentit ibi Batt. cum Gloss. & alijs. Denique idem fatetur Felin. suprà limit. 2. vbi ad hanc partem confirmandam multa allegat, quæ plane destruunt suam regulam, & dictam differentiam, nostramq; sententiam confirmant. Primo quidem quia qua ratione habens excusationẽ à multis muneribus, renuncians quoad vnum, non censetur renunciare quoad alia, eadem perfecto ratione, qui habet priuilegium perpetuũ, licèt in vno momento admittat aliquid contrariũ priuilegio, non præiudicat sibi pro toto tempore futuro: nam est eadem proportio. Maximè quia acceptans munus aliquod contra priuilegium suum vna vice, non sibi præiudicat, vt acceptare cogatur, si iterum ad illud idem eligatur, vt Panormit. expresse fatetur; ergo idem erit in quocumque alio vsu contrario, nam licet in vno actu, vel tempore admittatur, non ideo præiudicat vtenti pro toto tempore futuro, quæ enim ratio differentię assignari potest?

Priuilegiũ etiam priuatæ personæ concessum per vnum actũ non amittitur.

Bart. Glossa. Felin.

Probatur 1.

Panorm.

Secundò.

Præterea quando in actu contrario priuilegio potest cadere alia præsumptio, quàm renunciationis totius priuilegij, non est talis renunciatio præsumenda, vt ex Anto. in dicto c. *Accedẽtibus* refert Felin. suprà, & merito sequitur, quia talis præsumptio est odiosa, & restringenda, vt ex Paul. Castren. cons. 25. idem Felin. ait, & satis fauet Gloss. in Clemen. *sæpe*, de verb. signif. verb. *Partibus*, in fine, & Panor. in c. *Ad audientiam*, de His, quæ vi n. 3. vbi ait, modicam coniecturam sufficere ad excludendam præsumptionem spontaneæ renunciationis. At vero in vnum actum priuilegio contrarium optime cadit alia præsumptio sine renũciatione totius priuilegij in se, & pro toto tempore futuro, scilicet, renunciatio proprij fauoris in hoc negotio, vel in gratiam talis personæ, vel ad finiendam, aut vitandam hanc litem; ergo immerito, & sine fundamento extenditur præsumptio ad renunciationem totius priuilegij.

Anton. Paul. Castren. Felin. Glossa. Panorm.

13.

At vero si sit sermo de amissione priuilegij solum quoad præsentem materiam, circa quam versatur vsus contrarius semel factus, sic verum quidem est, amitti per vnum actum contrarium in priuilegijs priuatarum personarũ, iuxta dicta in superiori dubio. Dico tamen idem esse (seruata proportione) in priuilegio concesso communitati, ideoq; etiam quoad hanc partem non procedere distinctionem. Probatur hoc ex Innoc. in dicto c. *Accedentibus*, ait enim, monasterium habens priuilegium non soluendi decimas, si soluat illas semel, aut iterum ex communi consensu totius conuentus, non amittere priuilegium (vtiq; in se) quia præsumitur id agere ad vitandam litem, quod est laudabile, & ita quoad illam solutionẽ valet actus, & consequenter etiam renunciatio priuilegij, quoad solutum, licèt non quoad soluendum. Et Panormit. suprà in fine fatetur, quod vbi conuentus potest renunciare priuilegio concesso, per vnicam cõtrauentionem directam illud perderet, sed clarum est, posse re-

Quid de priuilegio concesso cõmunitatidi cendum.

Innoc.

Panor.

D 5 perfecto / *profecto*

se requiere prescripción, conforme a los cap. *Si de terra* y *Accedentibus.*

La razón es que cada una de las personas no pueden renunciar expresamente al privilegio de la iglesia o de la comunidad; luego tampoco tácitamente; por tanto, no basta el uso contrario de uno u otro de la comunidad, sino que es necesaria la prescripción.

Esta distinción NICOLÁS DE TUDESCHIS la toma de INOCENCIO, por más que INOCENCIO la explica de una manera un poco distinta; le sigue FELINO.

12. REFUTACIÓN DE LA DISTINCIÓN DE NICOLÁS DE TUDESCHIS.—EL PRIVILEGIO, AUN EL CONCEDIDO A UNA PERSONA PARTICULAR, NO SE PIERDE POR UN SOLO ACTO.—DOS PRUEBAS.—Por mi parte, yo no puedo dar por buena esa distinción y la razón de la diferencia.

En efecto, si se trata de la pérdida del privilegio en sí mismo y en cuanto a su uso para el futuro, juzgo que tampoco el privilegio concedido a una persona particular se pierde por un solo acto o uso contrario, y así, en cuanto a esto no hay lugar a la diferencia.

Esta afirmación ha quedado probada en la segunda tesis del punto anterior, y se prueba en contra de NICOLÁS DE TUDESCHIS con sus mismas palabras, pues él reconoce —y con razón— que si uno tiene el privilegio general de no ser elegido para algunos cargos públicos y espontáneamente es elegido para uno de ellos, no se perjudica a sí mismo respecto de los otros ni tampoco respecto de ese mismo si de nuevo es elegido para él, conforme a la ley *Voluntariae* del CÓDIGO, la cual muy bien puede entenderse así, por más que admita otros sentidos.

Las palabras de la ley son: *Los cargos de tutela voluntaria, en nada derogan los privilegios,* se entiende en cuanto a admitir otros cargos fuera de los que se hayan admitido voluntariamente, como interpreta la GLOSA y confirma con otros textos. Lo mismo piensa en su comentario BÁRTOLO con la GLOSA y con otros autores. Por último, lo mismo reconoce FELINO, que en confirmación de esto aduce muchos argumentos los cuales manifiestamente destruyen su regla y la dicha diferencia y confirman la opinión nuestra.

En primer lugar, porque por la misma razón por la que quien está excusado de muchos cargos, si renuncia con relación a uno no se juzga que renuncie con relación a los otros, por esa misma razón quien tiene un privilegio perpetuo, aunque en un momento admita algo contrario al privilegio, no se perjudica a sí mismo para todo el tiempo futuro, pues el caso es el mismo.

Sobre todo que aceptando una vez un cargo en contra de su privilegio, no se perjudica en el sentido de que se vea obligado a aceptar si de nuevo se le elige para ese mismo cargo, como expresamente reconoce NICOLÁS DE TUDESCHIS; luego lo mismo sucederá con cualquier otro uso contrario: aunque se practique en un acto u ocasión, eso al que lo practica no le perjudica para todo el tiempo futuro: ¿qué razón de diferencia puede señalarse?

Además, cuando sobre un acto contrario al privilegio puede presumirse otra cosa que la renuncia a todo el privilegio, no se debe presumir tal renuncia. Así lo dice —citando a ANTON.— FELINO. Y esta es una consecuencia lógica, porque tal presunción es odiosa y se ha de interpretar en sentido restringido, como el mismo FELINO dice siguieno a PABLO DE CASTRO; y a lo mismo favorecen la GLOSA DE LAS CLEMENTINAS y NICOLÁS DE TUDESCHIS.

Este dice que un pequeño indicio basta para dar por descartada la presunción de renuncia espontánea; en cambio con un solo acto contrario al privilegio cuadra muy bien otra presunción sin renuncia a todo el privilegio en sí mismo y para todo el tiempo futuro, a saber, la renuncia al favor propio en un determinado asunto, sea en obsequio de una determinada persona, sea para poner término a un proceso o para evitarlo. Luego no hay razón ni base para ampliar la presunción a la renuncia de todo el privilegio.

13. QUÉ DECIR DEL PRIVILEGIO CONCEDIDO A LA COMUNIDAD.—Pero si se trata de la pérdida del privilegio sólo con relación a la materia actual sobre que versa el uso contrario en una sola ocasión, es verdad que se pierde por un solo acto contrario tratándose de privilegios de personas particulares, según se ha dicho sobre el problema anterior. Sin embargo, digo que lo mismo sucede —correspondientemente— tratándose de privilegios concedidos a comunidades, y que por tanto, tampoco en cuanto a esto es válida la distinción.

Esto se prueba por INOCENCIO en su comentario al cap. *Accedentibus:* Dice que un monasterio que tenga privilegio para no pagar diezmos, si los paga una o dos veces con consentimiento común de todo el convento, no pierde el privilegio —se entiende, en sí mismo—, porque se presume que eso lo hace para evitar un proceso, lo cual es laudable, y que así, en cuanto a ese pago el acto es válido, y consiguientemente también es válida la renuncia al privilegio en cuanto a lo ya pagado, aunque no en cuanto a lo que queda por pagar.

Y NICOLÁS DE TUDESCHIS reconoce que en los casos en que el convento puede renunciar a un privilegio que se le haya concedido, lo perdería con un solo acto directo en contra de él; ahora bien, es cosa clara que puede renunciar al privilegio en cuanto a un solo acto, v. g. en

nunciare priuilegio quoad vnum actũ, v. g. quoad vnam solutionem, vel quid similę; ergo quoad hoc valet vsus contrarius, & in hoc quidem potest considerari differẽtia in tali vsu, si fiat à priuato religioso propria authoritate, vel à toto conuentu, seu ex potestate, & scientia eius: nam actus priori modo factus non solum non valet ad renuncian dum priuilegio simpliciter, verum etiã nec secundum quid pro tali actu, nam validus non est, sed retractari debet, quia non est factus ab habente potestatem, nec ex cõsensu proprij priuilegiarij. Quod secus est, quando talis cõuen tio fit ex communi consensu, quia tunc, licèt non sit satis ad renunciationẽ priuilegij in se, sufficit tamen ad renũciationem quoad talem actum, contraria ratione. Tamen idem cum proportione intelligi potest in priuilegio non soluendi decimas concesso priuatæ personæ; nam si ipsemet priuilegiarius semel soluat, renunciare censetur, non simpliciter, sed quoad illum actum, si autẽ minister eius, ipso inscio, & excedendo potestatem sibi commissam, soluat, non valet renuuciatio, eriam pro tali actu, quia nõ est à priuilegiario, nec ex voluntate eius; ergo seruata proportione non inuenitur discrimen, ideoque frusta fit distinctio inter priuilegia priuatorum, & cõmmunitatem.

14. *Priuilegiũ non amittitur simpliciter per vnã contrauentionem sed secundum quid.* *Bart.* *Alexan.* *Greg. Lop.*

Vnde tandem concludo, priuilegiũ non amitti simpliciter per vnam contrauentionem, sed solum secundũ quid quoad talem actum, si ab ipso priuilegiario, vel eius authoritate, scientia, & voluntate fiat. Vtrumque satis patet ex dictis. Et hæc resolutio sumitur aperte ex Barthol. in dicta l. *Voluntariæ*, & in l. vlt. ff. de Constit. prin. & ex Alexã. cons. 33. quod refert, & valde commendat Gregor. Lop. dicta l. 42. & alia in confirmationem huius sententiæ adducit, quæ in præcedenti puncto indicaui. Ex quibus colligo, non recte dixisse Felin. suprà n. 28. cum Ioan. Andr. si Doctor habeat priuilegium non disputandi, & semel disputet, amittere priuilegium. Nam si intelligatur de amissione simpliciter (vt ipse intendit) falsum est; de amissione autem secundum quid est impertinens, quia ibi non est alia amissio præter actualem vsum contrarium, qui supponitur. Infero etiam, non rectè dixisse Angelum, quam supra etiã Felin. refert, & sequitur, si quis habens priuilegium non soluendi vectigalia, describatur in libro talium grauaminum, & ipse non contradicat intra decem dies, amittere priuilegium. Hoc enim nullo iure probatur, & illa remissio in contradicendo, seu appellando ad summũ est consensus in quendam vsum priuilegio contrarium, qui non sufficit illud tollere vsq; ad legitimam præscriptionem, vt late Iason in l. vlt. ff. de Constit. Princip. & Gregor. Lop. suprà.

Felin. *Ioã. And.*

Infertur cõtra Angel.

Iason. *Greg. Lop.*

Neque contra hanc partem obstant iura, quæ Panomit. adducit, nam in c. *Cum renunciatur*, non est sermo de hoc genere renunciationis, sed de renunciatione peccati, quæ fit per pœnitentiam, quæ debet esse absoluta, & in proposito perpetuo, vt abijciatur peccatum; neq; sufficit facere actum virtutis peccato contrario, vt intelligatur quis simpliciter peccato renunciasse; & ita si per analogiã textus inducatur, potius probat contrarium. Alia vero c. *Si de terra*, & cap. *Accedentibus*, potius probant, vnũ actum contrarium non sufficere ad tollendum priuilegium. Neque id fuit speciale, quia monasteria non possent renunciare priuilegio, nam contrarium supponitur in ipsis textibus, vt suprà visum est, & infra amplius declarabimus.

15. *Ad iura adducta pro Panor.* *Resp.* C. *Cum renunciatur.*

Cap. *Si de terra.* C. *Accedẽtibus.*

Aliunde verò objici potest cap. *Cum accessissent*, de Constit. ibi, *Nisi prædicti canonici contrauenerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo.* Per quæ verba indicatur, vnam contrauentionem esse sufficientem ad destruendum priuilegium. Respondeo tamen in illo textu non esse sermonem de priuilegio priuatæ personæ, sed de priuilegio concesso Ecclesiæ, seu capitulo canonicorum, & ita etiam Panormit. & alij tenentur illi respondere. Vnde Panormit. sentit illud rescriptum pertinuisse ad vtilitatẽ canonicorum, non Ecclesiæ, & ideo de illo censeri sicut de priuilegio priuatæ personæ. Sed certè dispositio de numero præbendarum, & qualitate earũ per se primo respicit vtilitatem, & commune bonum Ecclesiæ, etiam si secũdario redundet in vtilitatem singulorũ, & de tali dispositione ibi agebatur, vnde nõ possent omnes canonici vt singuli tali insti-

16. *Obiect.* C. *Cum accessissent.*

Resp. 1.

Panor.

A 15 conventio / *contraventio*
B 13 renuuciatio, eriam / *renunciatio, etiam*
B 18 communitatem / *communitatum*

cuanto a no pagar una vez, o cosa parecida; luego en cuanto a esto es válido el uso contrario.

En esto puede verse la diferencia en tal uso según que sea practicado por un religioso particular por propia autoridad, o por todo el convento, o sea, con poder y conocimiento suyo.

En el primer caso el acto no sólo no es válido para renunciar totalmente al privilegio pero ni siquiera parcialmente para tal acto: no es válido y debe retractarse, porque no lo ha hecho quien tiene el poder para hacerlo, ni con consentimiento del verdadero privilegiado.

Otra cosa sucede cuando el acto contrario se practica con el consentimiento común: entonces, aunque eso no baste para renunciar al privilegio en sí mismo, sí basta —por la razón contraria— para renunciar a él en cuanto a ese acto.

Sin embargo, lo mismo se ha de entender —correspondientemente— tratándose del privilegio de no pagar diezmos concedido a una persona particular: si el mismo privilegiado paga una vez, se juzga que renuncia al privilegio no absolutamente sino sólo en cuanto a ese acto; pero si el que paga es su administrador sin que él lo sepa y excediéndose en sus atribuciones, la renuncia no es válida ni siquiera para tal acto, porque no procede del privilegiado ni se ha hecho por voluntad suya; luego en su tanto no hay diferencia, y así, a nada conduce el distinguir entre los privilegios de los particulares y de las comunidades.

14. Por un solo contrario, el privilegio no se pierde total sino parcialmente.—Deducción en contra de Angel.—Finalmente, de esto deduzco que si el acto único contrario es realizado por el mismo privilegiado o con su autoridad, conocimiento y voluntad, el privilegio no se pierde totalmente sino sólo parcialmente en cuanto a tal acto. Ambos extremos resultan suficientemente claros por lo dicho.

Y esta tesis se encuentra manifiestamente en Bártolo y en Alejandro III, cuya consulta 33 cita y pondera mucho Gregorio López; éste aduce en confirmación de esta opinión otros textos que ya indiqué en el punto anterior.

De esto deduzco que no es exacto lo que dijo Felino con Juan de Andrés, que si un doctor tiene privilegio para no dar lecciones y una vez la da, pierde el privilegio: si eso se entiende de una pérdida total —como él pretende— es falso, y si se entiende de una pérdida parcial, no tiene sentido, ya que en ello —por hipótesis— no hay otra pérdida que el uso actual contrario.

Deduzco también que tampoco es exacto lo que dijo Angel —a quien también cita y sigue Felino—, que si uno que tiene privilegio para no pagar tributos es inscrito en la lista de los contribuyentes y no protesta en el término de diez días, pierde el privilegio: esto no se prueba con ningún texto jurídico, y el descuido en protestar o apelar, a lo sumo significa que consiente en un determinado uso contrario al privilegio pero insuficiente para suprimirlo mientras no se llegue a una prescripción legal, como ampliamente explican Jasón y Gregorio López.

15. Respuesta a lo de las leyes aducidas por Nicolás de Tudeschis.—Ni se oponen a esta parte las leyes que aduce Nicolás de Tudeschis.

En el cap. *Cum renunciatur* no se trata de esta clase de renuncia sino de la renuncia al pecado por la penitencia, la cual debe ser absoluta y con propósito de rechazar el pecado perpetuamente. Tampoco basta hacer un acto de virtud contrario al pecado para que se entienda que uno ha renunciado al pecado de una manera absoluta. Y así, si ese texto se aduce para argumentar por analogía, más bien prueba lo contrario.

Y los otros capítulos *Si de terra* y *Accedentibus* más bien prueban que un solo acto contrario no basta para suprimir el privilegio. Y eso no fue algo especial porque los monasterios no pudiesen renunciar al privilegio, pues en los mismos textos se da por supuesto lo contrario, según se vio antes y según después explicaremos más.

16. Objeción. — Respuesta primera.— También pueden objetarse las palabras del cap. *Cum accessissent: A no ser que los dichos canónigos hagan lo contrario, a saber, elegir a alguno para primicerio,* por las que se indica que un solo acto contrario es suficiente para destruir el privilegio.

Respondo —sin embargo— que en ese texto no se trata de un privilegio de una persona particular sino de un privilegio concedido a una iglesia o cabildo de canónigos; y así tienen que responder también Nicolás de Tudeschis y otros. Por eso Nicolás de Tudeschis piensa que ese rescripto miraba a la utilidad de los canónigos, no a la iglesia, y que por tanto de él se ha de juzgar igual que del privilegio de una persona particular.

Pero ciertamente, una disposición sobre el número y calidad de las prebendas, de suyo y primariamente mira a la utilidad y bien común de la iglesia, aunque secundariamente redunde en utilidad de cada uno de sus miembros: de tal disposición se trataba allí, y por eso todos los canónigos, cada uno por separado, no hubiesen

institutioni renunciare, licèt, possent renunciare suæ vtilitati; signum est ergo, fuisse rem cõmunitatis. Addit verò Panormit. sub conditione, quod si illud priuilegium respexisset Ecclesiæ vtilitatem, quoad id non fuisset sublatũ per contrauentionẽ à capitulo factã. Quòd si hoc verum esset, etiã contra nos cessaret obiectio, tamẽ quia verba textus planè repugnant, aliter respondendum est.

17. Resp. 2. Bart. Alexan. Greg. Lop.

Respondeo ergo secundo cum Bart. Alex. & Greg. Lop. suprà, priuilegium illud seu rescriptum nõ habuisse tractũ, successiuum, sed in vnico effectu, qui in continenti fit, vel tollitur constitisse, & ideo per vnam contrauentionẽ potuisse amitti, quia in tali materia renunciatio quoad vnum actum, est renunciatio simpliciter, quia totum priuilegium in vno actu consistit. Hoc autem ita contigisse in materia illius textus, patet, quia agebatur de extinguenda, vel erigenda quadam præbenda, seu dignitate cuiusdam Ecclesiæ, quæ prius extincta fuerat cum consensu Papæ; si autem canonici contrauenissent, iterum illã erexissent, & quia dignitas de se est effectus stabilis, & perpetuus, ideò sicut prior extinctio vno actu consummata fuit, ita per vnum actum contrarium fuisset priuilegium reuocatum. Tertio addo, ibi esse sermonem de statuto cõmuni consensu canonicorum facto, & à Pontifice confirmato, quòd in tali Ecclesia amplius non esset talis dignitas, quod statutum, præterquam quòd per vnũ actũ omnino conuellitur ex parte materiæ, vt declaratum est, quia dignitas extincta non restituitur pro vna vita, vel pro certo tempore, sed vt perpetua; etiam ex parte statuti reuocatur õnino, quia sicut statutum cõmuni consensu factum fuerat, ita cõmuni consensu reuocatum est, & contrarium fuit in virtute facta confirmatio autẽ Papæ censetur fuisse in fauorem paciscentium, & ideo dissoluto pacto censetur reuocata. Et similis decisio habetur in l. 2. C. de Iur. dominij impetr. & melius in l. 49. tit. 18. part. 3. vbi hac ratione expressè declaratur, talia priuilegia per primã contrauentionẽ amitti; ibi autem significatur, id non tãtum esse per modum renunciationis, sed etiã per modum pœnæ, propter circunstantiã cõtrauenienti pacto à Rege confirmato.

Secũdo obijci potest l. vlt. ff. de Priu. veter. vbi dicitur, veteranos excusatos ab aliquibus muneribus, *Si passi sint, se in ordinem legi, muneribus fungi cogendos esse*, per quod significatur per vnam contrauentionem amitti totum priuilegium. Sed respondetur primo, non esse intelligendum de alijs muneribus, ad quæ electi non sunt, nec etiam vt cogi possint, se iterum eligi, sed solum vt cogi possint subire munera, ad quæ se eligi passi sunt. Et ita non probatur per vnam contrauentionẽ amitti totum priuilegium, sed solum amitti in eo, quod actum est, & in eo amitti constanter, & irreuocabiliter. Nam qui consensit electioni ad aliquod munus, virtute renunciauit priuilegio quoad omnem obligationem, quæ ex tali electione sequi solet, alias friuola esset, & inutilis consensio; cum quo tamen optime stat, vt priuilegium quoad alia integrum maneat. Aliter responderi solet cõmuniter, ibi esse sermonem de electione ad decurionatum, vt ibi Glossa exponit citãs alia iura: tenebantur autem decuriones certa quædam munera exercere, & ideò qui contra suum priuilegium decurionem fieri passus est, munera decurionis subire cogitur. Ita Barth. & alij ibi, & Panormit. & Felin. suprà. Sensus verò in idem redit, quia etiam hoc modo non fundatur decisio illius textus in illo principio, quod per vnam contrauentionem amittitur totũ priuilegium sed in hoc, quod renuncians priuilegio in vno munere, censetur renunciare in omnibus, quæ cum tali munere sunt connexa, quod verissimum est, est tamen longe diuersum, vt per se constat.

18. 2. obiect.

Resp. 2. Glossa.

Bart. Panormit. Felin.

Declarandum vero superest, si vnus actus contrarius non sufficit ad destruendum omnino priuilegium, quot sufficiãt. Ad quod duo breuiter respondeo vnum est, sicut vnus actus non sufficit; ita neq; plures in quolibet numero sufficere, nisi legitimo tempore ad præscriptionem necessario talis vsus continuetur. Aliud est, si tempus necessarium ad præscriptionem cum alijs conditionibus requisitis intercedat, ex parte vsus contrarij non esse necessarium certum numerum actuum; imo nec plures

19. Dubium.

Resp.

podido renunciar a tal institución, aunque sí hubiesen podido renunciar a su propia utilidad; luego es señal de que era cosa de la comunidad.

Pero NICOLÁS DE TUDESCHIS añade condicionalmente que si ese privilegio hubiese mirado a la utilidad de la iglesia, en cuanto a eso no hubiese quedado suprimido por un acto en contra realizado por el cabildo. Si esto fuese verdad, la objeción desaparecería también contra nosotros; pero como las palabras del texto son abiertamente contrarias a eso, otra es la respuesta que debemos dar.

17. RESPUESTA SEGUNDA.—Así pues, respondo —en segundo lugar— con BÁRTOLO, ALEJANDRO III y GREGORIO LÓPEZ, que aquel privilegio o rescripto no tenía una ejecución de desarrollo sucesivo sino que consistió en un único efecto de esos que se realizan en un instante, y que por tanto podía perderse por un solo acto en contra, puesto que, en una materia así, la renuncia en cuanto a un acto es una renuncia absoluta, dado que todo el privilegio consiste en un solo acto.

Y que esto era así tratándose de la materia de aquel texto, aparece claro por lo siguiente: Se trataba de suprimir o erigir una prebenda o dignidad de cierta iglesia, la cual antes se había suprimido con consentimiento del Papa; ahora bien, si los canónigos se hubiesen opuesto, la hubiesen erigido de nuevo, y como una dignidad es de suyo un efecto estable y perpetuo, por eso, así como la anterior supresión se había realizado con un solo acto, así el privilegio hubiese quedado revocado por un solo acto contrario.

Añado —en tercer lugar— que allí se trata de un estatuto —dado con el consentimiento común de los canónigos y confirmado por el Papa— de que en aquella iglesia no existiese ya tal dignidad. Ahora bien, ese estatuto, además de quedar del todo suprimido por parte de la materia por un solo acto, según se ha explicado —puesto que la dignidad suprimida no se restablece para una sola vida ni para un determinado tiempo sino como perpetua—, también queda del todo revocado por parte del estatuto, puesto que, así como el estatuto se había dado con el consentimiento común, así se revocó con el común consentimiento, y virtualmente quedó convertido en el estatuto contrario; por otra parte, la confirmación del Papa se juzga que fue en favor de los compromisarios y por tanto, deshecho el compromiso, se juzga que quedó revocada.

Una decisión semejante la hay en el CÓDIGO, en el que por esta razón se declara expresamente que tales privilegios se pierden por el primer acto contrario a ellos; pero se da a entender que eso tiene lugar no sólo por vía de renuncia sino también por vía de pena por la circunstancia de obrar en contra de un pacto confirmado por el rey.

18. SEGUNDA OBJECIÓN.—DOS RESPUESTAS. Puede obpetarse —en segundo lugar— la ley última *de Priv. veter.* del DIGESTO en la que se dice que a los veteranos excusados de algunos cargos, *si han consentido ser elegidos para un cargo, se les debe forzar a desempeñar sus cargos:* con esto se da a entender que por un solo acto en contra se pierde el privilegio.

Pero se responde —en primer lugar— que eso no se ha de entender de los otros cargos para los cuales no han sido elegidos; ni tampoco que puedan ser forzados a ser elegidos de nuevo; sino únicamente que puedan ser forzados a desempeñar los cargos para los que han consentido ser elegidos. Y así, no se prueba que por un solo acto en contra se pierda todo el privilegio, sino únicamente que se pierde en aquello que se ha hecho, y que en eso se pierde de una manera definitiva e irrevocable.

En efecto, quien consiente ser elegido para un cargo, virtualmente renuncia al privilegio en cuanto a toda la obligación que suele seguirse de tal elección: si no, ese consentimiento sería superficial e inútil; pero con eso es compatible que el privilegio, en cuanto a lo demás, se conserve íntegro.

Otra suele ser la respuesta que ordinariamente se da: que en aquel texto se trata de la elección para decuriones; ahora bien, los decuriones estaban obligados a desempeñar ciertos determinados cargos, y por tanto, quien en contra de su privilegio consiente ser elegido decu rión, se ve forzado a desempeñar los cargos del decurión. Así lo explican BÁRTOLO y otros, NICOLÁS DE TUDESCHIS y FELINO.

Pero este sentido viene a parar en lo mismo, pues, aun explicando la cosa así, la decisión de ese texto no se basa en el principio de que por un solo acto contrario se pierde todo el privilegio, sino en que de quien renuncia al privilegio en un cargo se juzga que renuncia en todo lo que va anejo al tal cargo: esto es verdaderísimo aunque muy distinto, como es evidente.

19. PROBLEMA.—RESPUESTA.—Queda por explicar lo siguiente: Si un solo acto contrario no basta para destruir completamente el privilegio, ¿cuántos actos son suficientes?

A esto respondo —brevemente— dos cosas.

Una: Así como un solo acto no basta, así tampoco basta cualquier otro número de actos si tal uso no se prolonga durante el tiempo legalmente necesario para la prescripción.

Otra: Si se da el tiempo necesario para la prescripción con las otras condiciones requeridas, por parte del uso contrario no es necesario un determinado número de actos; más aún, ni

res actus, nisi quatenus necessarij fuerint, vt præscriptio per totum legitimũ tempus nõ interumpatur. Primum manifestum est ex dictis, quia eadem est ratio de vno, & de pluribus actuibus seruata proportione, semper enim potest priuilegium ad plures extendi tractu temporis, vel per amplitudinem materiæ, vt supponitur. Item quia nullus certus numerus actuum designari potest, nec per aliquam legem est determinatus. Secundũ autem ita declaratur supponendo vnã ex conditionibus ad præscribendum requisitis esse, vt tẽpus præscriptionis non interrumpatur. Suppono deinde præscriptionem contra priuilegiariũ in præsenti incipere eo ipso, quòd ille contra priuilegium suum operatur. Vnde suppono tertio, eum, qui contra priuilegiarium præscribere potest, incipere quasi possidere ius cõtra illum, statim, ac ipse contra suum priuilegium operatus est, quia non potest inchoari præscriptio absque possessione, & quia qui agit contra priuilegium suũ in fauorem alterius, quantum est ex se aliquid illi confert, quod alter possidere incipit, vt si soluat tributum, alius incipit possidere ius petendi; si habens immunitatem permittat se eligi, alius videtur habere ius eligendi, & sic de alijs.

20. *Postrnum actum priuilegio contrarium nõ debet retractari prior actus.*

His ergo positis dicimus, ad continuationem, & consummationem præscriptionis necessarium esse, vt post vnũ actum priuilegio contrarium nihil priuilegiarius faciat, quo videatur priorem actum retractare, & id sufficiet, siuè repetat similes actus, siue non; eatenus enim erunt necessarij, quatenus ad non retractandum priorem voluntatẽ necessarij fuerint, & non aliter. Ratio est, quia continuatio, seu non interruptio est necessaria ad præscriptionem, sed priuilegium non amittitur per contrarium vsum, nisi media præscriptione, vt dictum est; ergo eadem continuatio necessaria est ad hunc effectum. Hęc autem cõtinuatio sufficiens erit, si per totum tempus necessarium prior actus non retractetur, nam per hoc durat virtus eius, & alter semper continuat possessionem, quam inchoauit; ergo nihil aliud per se necessarium est; ergo multiplicatio actuum non est per se necessaria, sed post vsum priuilegio contrarium satis est, amplius non vti priuilegio toto tempore necessario ad præscriptionem, nec directè reclamare cõtra prioremvsum, nec retractare illum: his enim modis potest interrumpi præscriptio; si autem nihil horum intercedat, censetur durare prior actus, & semper magis præiudicare. Vt v. g. si quis semel soluit gabellam, etiam si iterum non soluat, nõ ex vsu priuilegij, sed quia non occurrit occasio, & in eo statu permaneat per legitimum tempus, amittet priuilegium saltem quoad illã speciem tributi, quia præscribitur cõtra ipsum. Idem est, si passus est, se eligi ad munus, à quo erat immunis, vel si passus est electionem fieri sine suo suffragio, ad quod habet priuilegium: nam licèt nulla alia electio fiat, illa cum tempore sufficiente sufficit. Et sic de alijs. Quod potest etiam declurari per proportionem ad præscriptionem contra seruitutes vrbanas, in quibus actus contrarius supponitur, vnus tamen sufficit cum continuato non vsu.

21. *De tempore dub. Resp.*

Explicandum verò adhuc super est, quantum tempus necessarium sit, vt amittatur priuilegium per contrarium vsum. Ad quod breuiter respondendum est, tempus hoc non esse definiendum per viam tacitæ renũciationis, seu quasi per coniecturam illius, quia hoc modo nihil possumus cum certitudine dicere, quia nec in iure naturali, nec in positiuo fundari potest, vt in simili dixi in capite præcedenti. Explicandum ergo hoc est per viam præscriptionis, nã illud tempus necessarium erit, vt amittatur hoc modo priuilegium, quod ad præscribendum sit sufficiens. Hoc autem tempus regulariter esse solet decẽ annorum inter præsentes, & viginti inter absentes: nam hoc tempus solet requiri in præscribendis seruitutibus, & iuribus incorporalibus, quæ inter immobilia bona computantur, vt videre licet in Couar. lib. 1. Variar. cap. 17. & Anton. Gom. lib. 2. Variar. cap. 25. & Molin. tract. 2. de Iustit. disputation. 7. Ad hæc enim iura, & bona possunt hæc priuilegia reduci. In Ecclesijs verò, seu monasterijs, vt talia priuilegia amittãt, maius tempus necessariũ est ex speciali dispositione iuris nimirum quadraginta

Decẽnium inter præsentes 20. inter absentes requiruntur ad præscriptionem. Couar. Molina.

A 5 actuibus / *actibus*

B 7 declurari / *declarari*

siquiera se necesitan más actos si no es en cuanto que puedan ser necesarios para que la prescripción no se interrumpa durante todo el tiempo legal.

Lo primero es claro por lo dicho, pues la razón es proporcionalmente la misma para uno que para más actos, dado que el privilegio, por hipótesis, siempre puede —con el tiempo o por la amplitud de la materia— alcanzar a más actos. Además, ningún determinado número de actos puede señalarse, ni hay ley alguna que los determine.

Y lo segundo se explica dando por supuesto que una de las condiciones que se requieren para la prescripción es que el tiempo de la prescripción no se interrumpa.

También doy por supuesto que la prescripción en contra del privilegiado en este punto, comienza por el hecho mismo de que él obre en contra de su privilegio.

Y en consecuencia doy por supuesto— en tercer lugar— que quien puede prescribir en contra de su privilegio, comienza como a poseer un derecho en contra de él, ya que la prescripción no puede comenzar sin posesión, y por otra parte, quien obra en contra de su privilegio en favor de otro, en cuanto depende de él le da algo que el otro comienza a poseer: por ejemplo, si le paga tributo, el otro comienza a poseer el derecho de pedírselo; si, teniendo inmunidad, permite ser elegido, el otro parece tener derecho a elegirle; y así en otros casos.

20. Después de un acto contrario al privilegio, no debe retractarse ese primer acto.—Esto supuesto, decimos que para que la prescripción se prolongue y llegue a completarse, es necesario que, después de un acto contrario al privilegio, el privilegiado no haga nada con que parezca retractar el primer acto: esto será suficiente tanto si repite otros actos así, como si no los repite, pues estos actos únicamente serán necesarios en cuanto que sean necesarios para no retractar la primera voluntad.

La razón es que la prolongación o no interrupción es necesaria para la prescripción; ahora bien, el privilegio —según se ha dicho— no se pierde por el uso contrario si no es mediante la prescripción; luego esa misma prolongación es necesaria para este efecto.

Por otra parte, la prolongación será suficiente si el primer acto no se retracta durante todo el tiempo necesario, pues con esto perdura su virtualidad, y el otro siempre prolonga la posesión que había comenzado; luego ninguna otra cosa es de suyo necesaria; luego la repetición de actos no es de suyo necesaria: después de un uso contrario al privilegio, basta no usar más del privilegio durante todo el tiempo necesario para la prescripción, ni protestar contra el primer uso, ni retractarlo, que son los modos como puede interrumpirse la prescripción; y si no hay nada de esto, se juzga que el primer acto perdura y que cada vez perjudica más al privilegiado.

Por ejemplo, si uno una vez paga gabela —aunque no la vuelva a pagar, no en uso de su privilegio sino por no presentarse ocasión de pagarla— y persevera en esa situación durante el tiempo legal, perderá el privilegio al menos en cuanto a esa clase de tributo, porque se prescribe en contra de él.

Y lo mismo si consiente ser elegido para un cargo del que estaba exento, o si consiente que se haga una elección sin su voto para el que tiene privilegio: aunque no se haga ninguna otra elección, ésa, más el tiempo suficiente, basta. Y así en otros casos.

Puede esto también explicarse por comparación con la prescripción en contra de las servidumbres urbanas: en ellas se supone un acto contrario, pero basta uno solo más un no uso prolongado.

21. Problema del tiempo.—Para la prescripción se requieren diez años en presencia y veinte en ausencia.—Queda aún por explicar el tiempo que se necesita para que el privilegio se pierda por uso contrario.

